



VE
RI
TAS

Viro Amplissimo et Doctissimo,

De Litteris Latinis Optime Merito,

Elberlingio,

Art. Mag., Scholae Slagelsianae Rectori,

D. D.

Scriptor.

0

EMENDATIONES
M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM.



SCRIPSIT

ATQUE INTER SOLLEMNIA INAUGURATIONIS

AUGUSTISSIMI REGIS,

CHRISTIANI OCTAVI

AUGUSTISSIMAEQUE REGINAE,

CAROLINAE AMALIAE

AD IURA MAGISTRI ARTIUM RITE CONSEQUENDA

DIE I. M. IULII

RESPONDENTE

ORNATISSIMO ***J. C. ESPERSEN,***

PHILOLOGIAE CANDIDATO,

PUBLICE DEFENDERE STUDEBIT

ALBERTUS SADOLINUS WESENBERG,

ADJUNCTUS SCHOLÆ CATHEDRALIS UIBURGENSIS.




HAUNIÆ.

TYPIS EXCUDEBAT DIRECTOR *J. H. SCHULTZ,*

AULÆ REGIÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

MDCCCXL.



Specimen hoc inaugurale facultas philosophica Universitatis Hauniensis dignum censet, quod ad magistri artium honores rite consequendos publicæ disputationi subjiciatur.

Dab. d. XII Junii MDCCCXL.

A. Oehlenschläger,
h. a. dec. fac. phil.

Praefatio.

Decem fere anni sunt, quum diuulgatum est uolumen III. Orellianae omnium Ciceronis operum editionis, quo Epistolae continentur. Quod in aliis Ciceronis libris, ut Catone, Tusculanis Disputationibus, de Officiis, Orellius fecerat, ut uulgarem contextum non recognosceret et ad optimam quamque recensionem castigaret, sed ipse comparatis atque ad emendationem adhibitis nouis optimorum codicum collationibus recenseret, id quum idem U. D. in Epistolis fecit codicum Mediceorum, quibus post Uictorium editor nemo usus erat, satis accurata collatione adiutus, de literis Latinis optime ille quidem meruit, quum praesertim editioni suae et Historiam Criticam Epistolarum praemitteret et in Appendice integram illorum codicum uarietatem adiungeret, sed tantum abest, ut critici eius, qui *separatim* Epistolas optimis subsidiis instructus ederet, officiis satisfecerit, ut ne ea quidem, quae *omnium* Ciceronis operum editor praestare debebat, omnia praestiterit. Tot rectissimas codicum scripturas uel in illa appendice iacere passus est uel in notas, saepe ne memorabilium quidem lectionum signo addito, amandauit: tot uerissimas uirorum doctorum coniecturas non modo non in contextum recepit, sed improbauit aut etiam memorabiles tantum iudicauit: tot codicum scripturas, quas iam alii critici, si minus emendauerant, at tamen prauas esse uiderant, uel nulla interpretatione uel mala defensas

sine ulla depravationis nota retinuit: tot falsas coniecturas ipse fecit, interdum etiam in contextu posuit: tot ueris aliorum probabilibusue suspicionibus falsas minusue probabiles anteposuit: tot denique locorum rationem distinctione sua obscurauit atque adeo non raro perturbauit. Haec, quae infra, quoad huiusmodi libelli ratio patietur, singula exemplis probare conabor, non in eam sententiam dico, ut de meritis Orellii laudibus quidquam detractum uelim (cuius U. D. curis Tullianis ego, qui a maiorum bibliothecarum thesauris longe remotus sum atque in exiguam copiam meorum et scholae Uiburgensis librorum redactus, mea studia multum debere libenter profiteor), non, inquam, eo haec in Orellio reprehendo, sed quia miror, quum in ceteris Ciceronis libris emendandis post diuulgatam maiorem Orellii editionem tam multi uiri docti elaborarint, neminem adhuc, quod sciam, criticum (Billerbeckios ne ego quidem moror) nisi in transcursu Epistolarum emendationem attigisse: quasi uero hae non multum emendari queant, nisi melioribus codicibus, quam Medicei sunt, in lucem protractis; nam indignas, in quibus expoliendis plus operae ponatur, non credo cuiquam homini antiquitatis monumentorum studioso ac perito *Ciceronis* Epistolas posse uideri. Hoc igitur ego libello, quantum fieri poterit, ostendam, et quam multa Orellius futuro editori [1]) reliquerit ex codicibus aut ex aliorum coniecturis emendanda, et quam multi sint loci, quorum uitiosam scripturam nemo adhuc

[1]) Ipse fortasse Epistolas editurus sum, si modo peritis existimatoribus mea emendandi ratio erit probata.

animaduerterit aut recte emendarit. Sed, antequam ad singulorum locorum aggredior emendationem, nonnulla mihi de codicum rationibus dicenda sunt.

De Epistolis ad Familiares.

De harum codicibus praeclara Orellii disputatio est, qui firmissimis argumentis quum historicis tum internis demonstrauit a Mediceo cd. ceteros notos omnes esse propagatos ab eoque uno et quidem prima eius manu emendationem totam pendere. Quae idem (Hist. Crit. p. 10) de Medicei bonitate praedicat, uera sunt, si Caelianas epistolas excipias, in quibus corruptissimus est. Ut alia uitiorum genera omittam, lacunas habet satis multas, plerasque tamen et paruas et ex similibus duorum uocabulorum initiis terminationibusue ortas, [1]) interpolationes paucissi-

[1]) Maiores III, 10, 11, V, 10, 3, X, 13, a. De minoribus cf. ann. meas ad IV, 13, 2, (not. 1.), V, 20, 4, VIII, 8, 6; 11, 4; 17, 1; 13, 1 (not. 1), et uid. III, 5, 4, V, 10, 4, VI, 3, 4, VII, 28, 3, VIII, 16, 5, IX, 15, 1; 16, 7, XII, 2, 3, XIII, 26, 1, XIV, 5, 2. XIII, 15, 1, ubi uulgo sine ulla sententia legitur: *Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα* Crat. ex Hom. Odyss. *ω*, 314 recte post *ὣς* addidit *φάτο* (Ulysses ɔ: „nostri proceres“)· *τὸν* (Laerten ɔ: me) *δ' ἄχεος*: sic demum uerba illa apte cohaerent cum sqq., quae ego ita distinguo: *Sed tamen* (ut Laerten Ulysses, sic) *iidem* (qui reprehensione sua *dolore* me afficiunt) *me consolantur etiam: hominem* cet. In Md., qui habet *ως φελη ε. μ.*, excidit *φάτο-νε-* librario ab una *φ* ad alteram aberrante, similiter atque ad Att. VII, 1, 2, ubi Man., Ub. ex Hom. Od. *ι*, 34 recte: — *ἔπειθες· ὣς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος* (uulgo praue uersu ab initio mutilato: *ἐπ. Πατρίδος*) in archetypo cd. post — *ες* omissum *ὣς* — *ἧς* est. — De frequentissima singulorum

mas, [1]) transpositiones nonnullas, [2]) geminationes [3]) repetitionesque ex superioribus sequentibusue uerbis factas [4]) plurimas, falsas compendiorum scripturae explicationes non paucas. [5]) Pauciores omnino harum Epistolarum loci ab aliis antiquis scriptoribus laudantur, quam ut, multo integrioribus illi codicibus usi sint necne, ex iis iudicare liceat. [6]) Sed, quoniam in Grammaticorum scholis Epistolae minus tractabantur, quam alii Ciceronis libri, ueri simile est, eum codicem, ex

---

uerborum omissione dixi in ann. ad I, 2, 2 et 3 (not. 1); 9, 21, III, 10, 1, IV, 1, 2 (not. 1), V, 15, 4; 20, 1, 2, VI, 3, 3, VII, 2, 1; 26, 1, VIII. 3, 1; 4, 2; 11, 1, 12, 4; 13, 1 (not. 1); 14, 1, 2.

1) Cf. ann. ad V, 20, 2, VIII, 8, 5.

2) Cf. ann. ad II, 17, 7, VI, 17, 1.

3) Cf. ann. ad V, 9, 1; 20, 2 (not. 1), 3, VIII, 4, 2; 8, 1, 2, 5; 17, 1, II, 16, 5.

4) Cf. ann. ad I, 2, 1; IV, 13, 2, V, 9, 1; 20, 2 (not. 1), VI, 4, 1; 7, 4; 17, 1 (not. 1), 22, 1, VIII, 3, 1; 4, 2; 6, 4; 8, 1 (not. 1), 2, 6.

5) Cf. ann. ad I, 2, 1, II, 17, 4, IV, 1, 2, V, 20, 2, VIII, 3, 1 (not.), 5, 1; 14, 4, Uar. lectt. ad I, 2, 1; 9, 15, 16; 10, II, 9, 1; 19, 1, III, 4; 8, 3; 12, 1; VII, 1, 1; VIII, 4, 1 (*nostrisque*), 8, 5; 14, 2, al. locc. De syllabis non raro in media uocc. insertis cf. ann. ad V, 16, 6.

6) XV, 3, 2 ex Nonio scribendum est *tueamur*. Md. male *tenemus* ɔ: ut uulgo legitur et iam in Erfurt. correctum est, *teneamus*; nam in uu. *mansuetudine* cet., quae *copiis* et *opibus* opponuntur, parum conuenit uerbum *tenendi*, quod de *cop.* et *opibus* recte positum est. I, 7, 8, ubi Md. leuiter peccans habet *qui — sed etiam*, et a m. 1 sine dubio habuit *fuisti*, Scholiasta Uatic. (ad Milonian. c. 15) correctionem Ub. *quia*, u. c. Lni., C. Ub. *sed iam*, cdd. Regg., Grut., Erfurt. *fauisti* confirmat; cf. Klotzii censur. ed. Orell. (Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. VIII, 1, 52).

quo Md. descriptus est, non multum ab antiquissimis cdd. degenerasse. Optandum tamen uehementer erat, ut palimpsestus Taurinensis, ex quo seruata est epitome Ep. 9 et 10 A Lib. VI, totus ad nos peruenisset: qui aliquanto accuratius, quam Md., fuisse scriptus uidetur.

De Epistolis ad Q. Fratrem.

In his epistolis alterum illum cd. Mediceum unum esse, qui ueram habeat auctoritatem ad constituendam totam earum lectionem Orellius ipse iure statuit (Praef. ad Uol. III. P. II. p. XVIII). Scilicet dubitari uix potest, quin ille ipse cd. ceterorum omnium sit Archetypus. Correctiones eius uersibus superscriptas aut in margine adscriptas per se ipsas nihil habere auctoritatis dixi in ann. ad Fam. II, 17, 7 (not., ubi de Q. F. II, 7, I et III, 1, 11 disputaui). Hic Md., qui multo deterior altero est, tamen in his Epp. aliquanto emendatior est quam in iis, quae ad Atticum scriptae sunt. [1])

---

[1]) Praeter Suetonium, qui (Oct. c. 1) de C. Octauii prouinciae administratione Ciceronis utitur testimonio (Q. F. I, 2, 7; 1, 21), unus, quod equidem sciam, antiquus scriptor aliquid ex his epp. laudat, Ammianus Marc., apud quem (XXVIII, 1, 40) ex I, 1, 39 uu. *Nam — anteponenda est* sine ulla uarietate leguntur, nisi quod is pro *sint* habet *sunt*, ut Orellius uel sine eo testimonio cum C., Man., L. scribere debuit, quoniam quidem non fingitur, quid *iracundiae* esse possint, sed simplici dilemmate sine hypothesi hoc dicitur: „aut implacabiles ir. sunt aut exorabiles: illae summam acerbitatem habent, hae s. leuitatem"; cf. Cat. M. 19, 66; 20, 71 (ubi Maduig. contra Reg. et Erf. ex Treu., aliis

De Epistolis ad Atticum.

De harum quoque historia critica Orellius multa bene exposuit, et quidem recte iudicauit „primas deferendas esse Decurtato cd. Bosii (*y*), secundas collationi Crusellinae (*x*), tertias cd. Tornaesiano (*z*, qui idem literis *u. c.* signatus in margine Repetitt. Lambin. tam saepe commemoratur)“, quartas Margini

---

restituit *sunt*), T. D. I, 41, 97-98, de Diu. II, 8, 21, 9, 24, 10, 25; de Rep. I § 68, 65, Maduig. Praef. ed. Cat. M. p. XIX, ad Fin. V § 42. Qui illo loco aliisque ae que facilibus ueram lectionem repudiauerit, is non mirum est si nihil uidit quum multis locis, tum his: II, 14, 3, ubi ego inter *et* et *pernecessarium* addo *per se ipsum* (cf. F. XIII, 60, 1, X, 3, 1; XIII, 65, 2), ibid. 15 b., 3, ubi ego sic scribo: *sed illud* (ɔ: ut apud Caesarem commorere neque ad id tempus uenias, quod dixeras; cf. § 2, ubi Sch. sententiam Ciceronis perspexit, Or. longe aberrauit) *malo tamen, quod putas magis; illa etiam magni aestimo, ἀμφιλαφίαν illam tuam et explicationem debitorum tuorum*, quum suspicer excidisse *pertinere* (s. *interesse*) *ad nostram dignitatem* (cf. de re 15 a, 1 „quod — *communi dignitati*“, III, 8, 1 „Praesidium — *nostrae dignitatis*“, de uerbis F. X, 3, 4, V, 12, 2, XVI, 1, 1), III, 1, 14, ubi ego inter *eius* et *suscipio* insero *sic* (quod h. l. non minus desideratur, quam F. VI, 9, 1, IV, 3, 3), ibid. 12, 2, ubi ego sic scribo: *Ego tamen me teneo ab accusando, uix* (quidem) *mehercule, sed tamen teneo* (cf. Or. in Pison. 12, 27 „collegit ipse se, *uix*, sed collegit tamen“, Att. XIII, 48, 1 „Ueretur —, *ἀλόγως omnino*, sed ueretur tamen“, Fam. IX, 6, 5 „multi d. homines, *fortasse non recte*, sed tamen multi“, Att. X, 8, 5 „fefellit — fefellit“, de Fin. V, 1, 3 „Me — commouit, *inanis scilicet*, sed commouit tamen“), ibid. 4, 6, ubi ego sic scribo: „ea re non longius *quom* (uulgo: *n. longius, quam*, quasi uero *non longius* idem sit ac *non tam longe*) *uellem*.

Cratandri (*c*), quintas Mediceo, ceterorum autem cdd. atque edd. ueterum nullam propriam esse auctoritatem. Sed, quoniam, quod ad certam emendationem maxime interest, quae codicum illorum esset cognatio, non perspexerat, multis modis in contextu constituendo errauit. Itaque ego collatis cum Mediceo iis codicum y x z (u. c.), c. uariis lectionibus, quas Or. in notis subscriptis posuit [1]), uideor mihi hoc fere codicum stemma esse statuere posse:

Cd. Archetypus.
y. — Cd. ignotus A.
x. — Cd. ignotus B.
c. — z(u. c.) — Cd. ignotus C.
Cd. Petrarchae deperditus
Cd. Med.
Cdd. Manut., Malasp., Huralt. Memm., Pall., Graeu., Regg., Oxx., Bentiu., editorum primorum, alii (hic illic, ut ipse Med., ex melioribus cdd. suppleti et correcti).

[1]) *Omnes* priorum trium lectiones a Bosio atque a Lambino memoratas quod Or. se ait retulisse, ego iam tum, quum praeter Orellii editionem atque Onom. Tullianum nullis subsidiis instructus nisi Lambini Tullianis Emendatt. (ed. Klein.) et „sordida" ed. Gothofrediana (1596) Epistolas perlegerem, complures cod. z scripturas, permultas u. c. ab Orellio silentio praetermissas deprehendi. Nunc in scribendis his Emendationibus ex edd. Graeuii et Gruteri (quarum et editionum Crat. atque Lamb. usum Maduigii amicitiae debeo) uidi ne in cdd. yx quidem lectionibus enotandis satis accuratum fuisse Orellium. Ut exempla nonnulla hic ponam, I, 1, 1 in y erat *denegat* (si fides Bosio; mihi probatur, quod in xz, erat, *et negauit*), 10, 4 z, ut Md., *esset*, 13, 3 (n. 4) z, ut Md., 16, 10 (n. 5) item, ibid. 13 (n. 14) yz, ut c, *non flocci facteon*. I, 18, 8, ubi nunc ex foedissima ed. Rom. interpolatione legitur; „si ex iis, quae scripsimus, — *tanta es perspicacitate* — etiam a me non scripta perspicis" (Cicero certe scripsisset „*qua*

Duae familiae sunt, una y solum (non, ut Or. uelle uidetur, y x z c) complectens, altera codicum x et z, c, Med. eiusque propaginum (non Med. solius ceterorumque, quos Or. familiae Italicae nomine comprehendit). Uide de Att. VII, 2, 3 ann. meam ad Fam. II, 17, 7, de XI, 5, 3 ibid (not.), de IV, 16, 6 ann. ad F. V, 18, 2, de X, 4, 5 ann. ad F.

---

es persp.", et tamen neque *perspicacitas* neque *perspicacia* Ciceronis, aut, quod sciam, ullius omnino antiqui scriptoris auctoritatem habet; nam Att. XV, 16, 1, ubi uett. edd. *perspicaciam*, nunc ex Md., c., ceterisque cdd. legitur *προκοπὴν al.*) in u. c. est, ut in A, C, U, B, 3 ɔ: in Arch. (Md. hunc locum non habet): „scripsimus *tanta* etiam cet.", quod rectissimum est, si sic distinxeris: „si ex i., q. scripsimus tanta, etiam (edd. illae praue: *s., tanta e.*) a me cet."; ɔ: „si ex tantis (tam grauibus) iis rebus, quas s., etiam —"; cf. de attractione non ignota (h. l. fere necessaria) Att. XIII, 37, 4, VII, 5, 5 (*summa*) 1, 8 (*meas*), 2, 3 (*sexcentas*), VI, 2, 4 (omnium dioec.), F. I, 9, 23 (meritos), VIII, 8, 10, Q. F. II, 3, 6 (crimina), III, 1, 23 (eius), 8, 2 (literas), F. XI, 20, 3, XIII, 22, 2, 50, 2, XII, 7, 2, XVI, 21, 2, X, 6, 2, Att. III, 20, 1, ubi L. recte: „huic spei — quae n. proponitur *maxima*, tamen —". Att. II, 2, 1 (n. 13) z, ut y; IV, 12 z et, teste Graeuio, Bosiani ut ed. Jens.; 16, 6 z (Bosiani), ut Md. m. 2, *rescidit*; VIII, 11, 4 Bosiani *uniuersum*; IX, 9, 1 (n. 9) x, ut z; 10, 6 (n. 18) u. c., ut Md.; 14, 2 (n. 14) y, ut B.; ibid. (n. 1) z *illi*; X, 4, 8 (n. 13) z, ut Md.; XII, 17 (n. 10) u. c., ut L.; 44 (n. 7) z, ut A.; XIII, 38, 2, ubi rectissime xz, C., Ball. ɔ: Arch. *σχολιαῖς ἀπάταις* (ut etiam 41, 1 ex z, Md. legendum est, cf. 39, 1), uid. Schneider. et Stallbaum. ad Plat. De Rep. II, 365, B, ex quo l. supra scribendum *δίκῃ*. XVI, 11, 8, ubi Or. sine ulla uar.: „Atticae — suauium des. *Uale*", recte z (de x siletur) ɔ: Arch. *des uolo* (cf. F. IX, 21, 2): C. ex suo cd. scripsit hac ep. cum sq. coniuncta: *Ualeppi*.

VIIII, 3, 1 (not.), de V, 10, 5 ann. ad F. VIII, 14, 2, Orellii not. 22 ad I, 14, 5, n. 5 ad I, 16, 16, not. 1 ad III, 2, n. 3 ad IV, 13 (ubi ex y scribendum est *Ego, ut sit rata, afuisse*), n. 8 ad IV, 16, 7 (ubi fortasse Cic. scripsit: „N. p. res dubitationem habet nullam"), n. 16 ad IV, 18, 2, n. 19 ad V, 4, 2, n. 11 et 13 ad V, 15, 3, n. 4 ad VI, 1, 21, n. 6 ad VII, 13 b., n. 8 ad VIII, 2, 2, n. 1 ad VIII, 5, 2, n. 4 ad IX, 17, 2, n. 2 ad X, 1, 2, n. 2 ad X, 6, 1 (ubi fortasse Cic. scripsit *reticeto*), n. 17 ad X, 12, 7, n. 6 ad XI, 9, 1 (ubi ex Maduigii coniect. legendum: „*statueram*, quid facerem, c."; neque enim Cic. tum „quieuerat", sed quiescere statuerat), n. 2 ad XII, 12, 1, al.: quibus locis in y alia est scriptura, alia in xz(c) Md. Multo plures autem sunt loci, ubi (silente de x Bosio) contra y stent consentientes z (u. c., c) et Md., ut VI, 1, 7, IV, 2, 6, IX, 8, 1, XI, 12, 1, XII, 27, 1 (de quibus ll. in ann. ad Fam. dixi). — Cognatione propius ab y abesse x, quam z, c, cd. ign. C, multi loci documento sunt, ut I, 1, 2 (n. 1), II, 15, 2 (n. 5, ubi pro *y* Orellio scribendum fuit *z*, pro *z* autem *y*), 18, 2 (n. 5), V, 11, 4 (n. 4), VII, 2, 2 (n. 8), VIII, 2, 2 (n. 8), 16, 1 (n. 8), X, 10, 3 (n. 8), al. Remotiorem autem aliquanto ab x cd. ignotum C esse quam z, c, uel ex his locis intelligi potest: XV, 1 A, 4 (n. 1; in z enim est *τουτου*, non *του ου*), 1 B, 1 (n. 7), 3, 1 (n. 6), 4, 3 (n. 9), 15, 2 (n. 9), 20, 2 (n. 17), 24, 1, 13 (x *H.* IIII, inde z siue *Hnis* siue *Hns*, ex quo in Md. *his* factum est), 26, 2 (n. 2, 4, 5), 27, 3 (n. 12), 29, 1 (n. 7, 9), XVI, 1 (n. 18: x „Ouius enim recens is", z „obuins e. reces is", Md. „obius e. recessis"), 12 (n. 2), 13 a, 2 (n. 10: pro

, inepto *inepta* sine dubio legendum *mala*). Codices Manutii, Malasp., ceteros ex Md. ductos esse, uniuersa eorum lectio docet: ex integrioribus autem saepe suppletos et correctos, multi loci indicant, ut I, 1, 4 (n. 5), 4, 3 (n. 15), 18, 1 (n. 2) — 19, 11 (quem locum in Md. omissum habent 1 Ox., 2 Bent., Faern., Helmst., Rom., Asc., al.), II, 17 (n. 14), 21, 4 (n. 2), III, 12 (n. 12), 14, 1 (n. 11), 2 (n. 2), 15, 2 (n. 16), 5 (n. 22), 22, 3 (n. 3), IV, 1, 4 (n. 6), 2, 4 (ubi in Md. deest „intercessit. De"), 8 a (n. 7), b 1 (n. 10), 12, 1 (n. 11), V, 10, 3 (n. 10), ibid. 5 (n. 3), 20, 9 (n. 8), 21, 6 (n. 7), VI, 1, 11 (n. 12), ibid. 17 (n. 13, 15), ibid. 25 (n. 6), 2, 10 (n. 11), 7, 2 (n. 3), 8, 3 (n. 14), VII, 5, 3 (n. 1), 8, 5 (ubi Md. *in*, y. INX., alii Bosii *ni*, Amb. 16 *nif.*, ego suspicor in *X* latere siue compendium aliquod siue lacunae signum, Ciceronemque scripsisse *indignitas*), 18, 3, (n. 2, ubi etiam 3 Malasp. recte habent *scio*), VIII, 3, 5 (n. 2), 12 A, 2 (n. 10, 11), 14, 1 (n. 9, ubi Asc. pr., ut non raro = cdd. Bos.), 15 A (n. 12), X, 4, 6 (n. 16), XII, 5, 3 (n. 13, 15, 17, 18), 12, 1 (n. 1), 18, 1 (n. 11), XIII, 3 (n. 14, 16), 6, 2 (n. 11), ibid. 4 (n. 3, 4), 8 (n. 3), 9, 3 (n. 1), ubi ex yz, Regg., A. C., ɔ: ex Arch., addendum *egerit* est, 21, 5 (n. 3), 22, 3 (n. 3), 25, 2 (n. 15, ubi z, ut C), 37, 4 (n. 9), 47, 1 (n. 7), 48, 2 (n. 2, ubi u. c., ut C.), XIV, 5, 1 (n. 8), XV, 11, 4 (n. 18), 17, 2, ubi Q., ut u. c., *teste*, ex quo L recte pro *certe* scripsit *testem* (sc. iusti mei in eam odii, Ammonium, cf. 15, 2, ubi sic distinguendum: „Me iure facere scit sponsor p. e. Ammonius"), 27, 3 (n. 12), 29, 2 (n. 9 et 19), XVI, 2, 4 (n. 13, ubi u. c., ut C.), ibid. 6 (n. 20), 5, 4 (n. 12), 8, 1 (n. 2), ubi recte u. c., ut A.,

12 (n. 2), 15, 2 (n. 3) 16 B, 8, ubi desinit Md., non item ψ (Ball.), 2 Malasp., A. Quae plura de harum epistolarum critica ratione mihi disputanda erant, angustiae temporis me in aliam occasionem differre cogunt. Nonnulla infra dixi in ann. ad Epp. ad Fam., ut de uocum transpositionibus ad II, 17, 7, de glossematis et interpolationibus ad VIII, 14, 2, de omissionibus ad I, 2, 2, al. ll., de aberrationibus ad VIII, 13, 1 (not. 1), al. Uenio igitur iam ad ipsam Epistolarum emendationem, quae in octo prioribus libris Epp. ad Fam. sic uersabitur, ut data occasione ad ceteras excurram: quos excursus quod saepe durioribus parenthesibus inclusi, quum breuitatis studio feci, tum mihi per concessum temporis spatium non licuit nisi semel has Emendationes exarare.



Epistolae ad Familiares.

L. I. Ep. 2. Quam multa Orellius futuro editori emendanda reliquerit, iam ex hac ep. intelligi potest.

§ 1, ubi in Md. uitiose est *cuique rei*, quum L. scripsisset *cui quidem rei*, Or. iniuria *quidem* uncis inclusit; qua particula ea pars Bibuli sententiae, cui a Cicerone iam resisti non poterat, magis insignitur eique opponitur, quam ille fregit (cf. 4, 1), de tribus legatis: neque uero in *que* h. l. aliud quidquam latere potest quam *quidem*, quod cum *que* non raro confunditur, ut Q. F. II, 15 b, 4, ubi in Md. pro *quae quidem* est *queque*. Quod Or. *que* ait in Md. aliquoties male inculcari, ut 4, 1; 8, 6; 9, 10, nulla h. l. ita aut errandi occasio aut interpolandi causa fuit. Nam frequentissimo errandi genere *que* 8, 6 ex *idque*, 9, 10 ex *fidemque* aut ex *memoremque* repetitum est, ut XIII, 1, 2 in Md. est *mihique commendatusque* pro *mihi c.*; primo autem loco, ubi L. probante Or. *que* sustulit, nihil est, cur Cic. *non magna varietate* (ɔ: v. exigua) et *magna inuidia eorum* per *que* copulare non aut potuerit aut debuerit; cf. II, 10, 3 *tantis opibus tantoque negotio*, Q. F. II, 15 b, 4. Att. XI, 24, 1. Fam. I, 9, 20, ubi Or. ex sua coni. scripsit: *quos saepe significatione appello*, certe scribendum fuit: *significationeque*; nam *que* „male inculcandi" causa fingi nulla potest. Excidisse synonymum aliquod

voc. *sign.* uidit iam corrector Md., cuius supplemento a ceteris edd. recepto, *nutu*, quod melius (Or. "haud bonum" dicit) excogitari potest? Cf. Att. VII, 8, 1: *An mihi nutus* (ↄ: leuis et exigua epistolae tuae de D. significatio) *non faceret fidem?*, Verr. II § 213: *Hoc — significasse et annuisse* (ↄ: annuendo) *uisus est.* Incertum tamen est, ante *sign.* an inter *s.* et *que* illud *nutu* exciderit. Ib. § 25, ubi ex Ern. coni. scripsit Or. *legem* [*que*], potest fieri, ut *que* interpolatori debeatur; sed haud scio an ipse Cic: uu. *legem — introisset* superioribus *sese — successurum* per *que* adiunxerit, ut esset *addiditque legem* cet. XII, 15, 1 ex necessaria Man. et Maduigii correctione pro *celeriusque* scribendum est *celerius* et paulo supra pro *uastata* siue *uastataque* siue *et u.* siue *atque u.*

§ 2 quae leguntur: *Multi rogabantur, atque id ipsum consulibus inuitis*, me non intelligere fateor. Uide, ne Cic. scripserit: *c. n o n inuitis.* "Diem consumi uolebant Coss.", quare Lupo, quo id efficeretur, postulanti, "*non ualde repugnabant*". Iis igitur *inuitis* quomodo id fieri poterat, quod ipsum diem eximebat? In Md. singula uu. quum alia multa omissa sunt, tum haud raro *non*, ut IX, 22, 3, XI, 20, 4, XII, 11, XIV, 4, 5. VII, 18, 2, ubi Or. Md. scripturam seruauit: *quam haec scribere*, quae absurdam illam habet sententiam, Trebatium in palimpsesto non tam noluisse, quod in ea ad Cic. scripserat, sc. epistolam eodem exemplo, quo alia quaedam fuerat, scribere, quam, quod ante in ea chartula scriptum fuerat, delere, ex certissima Rutilii coni. ab Or. non improbata post *haec* addendum *non* est. (Cf. Uictor.) XV, 15, 1, ubi legitur *a belli necessarii pertinacia*, ex Mad-

uigii sententia mecum per litteras communicata scribendum est: *a b. non nec. p.*; „tum demum enim fuit pertinacia, quum [post proelium Pharsalicum] desisset bellum esse necessarium.“ (Cf. quae sequuntur et IV, 7, 2 et 3.) Contra III, 8, 7, ubi, quum uulgo legeretur *quod te putem nolle dici*, Or. „e necessario L. supplemento“ scripsit: *q. te p. non nolle d.*, praue additum *non* est. Cf. Manut., qui iam L. satis refutauerat. Or. miro errore conferre iubet 10, 10: *non modo — crederet:* quasi uero, quorum *legatorum* ibi mentio fit, iidem sint, qui h. l. cum Appii procos. praefectis et tribunis mil. iunguntur, ac non illi, quos quo minus Phryges et Lycaones Romam sui laudandi causa mitterent, Ciceronem impedisse Appius hominibus prouincialibus crediderat. Cf. 8, 2—5. — In altero Md. *non* his locis praue deest: ad Q. F. I, 3, 9, Att. VI, 1, 8, IX, 5, 2 (in cdd. notis), X, 4, 9, XII, 13, 1, XIII, 31, 1, XV, 8, 2, 26, 1 (ante *integrum*), XVI, 15, 2. Neque minus negatio desideratur XI, 17, 2, ubi Cic. ab Att. admonitus, ut de iis, quae a Caesarianis fierent, moderatius loqueretur, respondet se usurum qua posset moderatione, etsi (quum ea esset a se contracta culpa, ut *omni statu* reip. eundem exitum habitura uideretur, cf. 24, 1) nihil sua interesse putaret, ut caueret, illos *ne* oratione sua irritaret. Cf. 21, 3 et 24, 5. Contrarium dici verbis: *quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intelligo*, quum J. F. Gronouius uidisset, post *odium* addi *non* uoluit improbante Or. Ego, utpote de ea re, quae non iam fiebat, sed ne fieret cauenda erat, malim *ut e. o. ne sub.* (Cf. Tac. H. 1, 30 *uestra — interest, ne — faciant*, Phaedr. IV, 24 (25), 26 *Illius interesse, ne moram faciat.*)

XIII, 32, 3 mihi quidem non satisfacit remedium Bosii, qui post *Annis — legatus esse potuisset* signum interrogationis posuit, primum quod durior est ea ipsa interrogatio nulla particula indicata, praesertim omissa responsione, ad quam referretur exceptio per *Nisi* — annexa, deinde quod coniunctiui modi u. *pot.* causa nulla est, ut est u. c. in T. D. IV, 19, 44, ubi hypothesis in verbis *sine f. cupiditate* inest. Ego igitur sic scribendum opinor: — *esse non potuit: nisi* cet. (Cf. 30, 3: *non sane quadrat*, 6, 4, *qui tum non potuerat esse leg.*) Excidit in Md. (de Bosii et Lni. cdd. siletur), ut X, 4, 9, *non* ante *po*, atque, ut VIII, 3, 4 ante *m* ex *sensi* factum est *sensissem*, sic h. l. fortasse propter *esse* ex *potuit potuisset* natum est (cf. etiam Maduigii Op. Ac. p. 199 et meas Obss. Crit. in Sestian. p. 4). Ibid. paulo infra ex Mureti coni. scribendum est: *in iis nesciebam (*pro *sciebam) fuisse.* (Cf. Fam. IX, 6, 2, ubi Md. *scio* pro *nescio*) Ut enim uidit Or., ex sqq. uerbis: *quem — addidisti* (Man. arbitrio suo in explicando addit "confirmans id quod sciebam") intelligitur Cic. non scisse eum Postumium, de quo Att. scripserat, in X illis legatis fuisse. Scilicet alius hic P. est atque ille Albinus consularis, quem Cic. 30, 3 se ipsum meminisse scripserat: quae ipsa est causa, cur h. l. addat: *Is autem est, qui cum Lucullo fuit* [1]), quibus uerbis notus hic historicus (cos. a. u. c. 603 Uarr.) distinguitur ab

[1]) Scribendum est: *qui cos. cum L. Luc. f.* Necessaria est enim h. l. significatio, et *quid* cum L. P. fuerit et cum *quo* L., non minus quam in Bruto 21, 81 (Acad. 45, 137) aut in Nepotis fragm. (Gell. N. A. XI, 8). Supra quoque post *Rupilio* in Md. exciderat *coss.*

Albino illo consulari, quem ego Sp. Postumium Alb. Magnum esse existimo, eum, qui biennio ante, quam Mummius, cos. cum L. Calpurnio Pisone fuit, oratorem mediocrem, sed doctum ex disciplina Stoicorum (Brut. 25, 94), ipsum quoque, etsi minus, quam alter ille P. erat, "ad illum πολιτικὸν σύλλογον idoneam personam". De V, 21, 12, ubi Or. miro artificio *non* ante *impudens* addi vult, ut "ironice" Cic. idem dicat, quod nunc aperte simpliciterque posuit, plura disputare opus non est. *Non* ut Fam. I, 8, 6 librarius aberrantibus, opinor, oculis ad sq. *non satisfacio* inter *satisfacere* et *possum* praue addidit, sic Att. XIII, 16, 1 post πρέπον et IX, 19, 3 post *rationem* in Md. inculcatum est, utroque loco uitiosa quadam litterarum geminatione (nam posteriore quod Or. suspicatur: *Aliam r. enim h.*, Cic., puto, scripsisset *A. enim r. h.*, ut XVI, 14, 2); sed XI, 22, 2, ubi Sch. uu. *rogatus non* transponi uult, Or. *non* deleri, ad defendendam uulg. lect. satis est monere, *consilio* de una illa deliberatione, utrum Cic. Brundisii maneret an propius Romam accederet, intelligendum esse, atque de *saepe rogatus non fecisti* comparare 15, 1, 20, 2, 19, 1 *(rarius scribis)*.

§ 3. *Hac* [Md. leui errore *haec*] — *ducta senatus dimissus; et ego eo die casu a. P. coenaui*, cet. Uulgatæ huius lect. duo uitia sunt: unum, quod *est* omissum est, quum praesertim sequeretur *et ego coenaui*, in qua coniunctione u. substantiuum necessarium est; [1])

---

[1]) In simili coniunctione ut Fam. VIII, 4, 4 et Att. X, 14, 3 a L. et ab Or. *est* post *interrogatus* et post *tardus* additum est, sic Att. XII, 40, 2 scribendum est: *quis* —

alterum, quod per *et* cum iis uu., quibus finitur narratio eorum, quae postridie Id. in senatu de regis causa

---

exclusus est (*est* uulgo deest), *quis uenit* — ?, Fam. IX, 21, 3: *M.* — *condemnatus* e s t, *f. m. ex S.*: *C.* — *dicitur*, VIII, 4, 5: *nuntiatum nobis* e s t *et pro certo iam habetur*, III, 8, 8 ex L. coni.: *L. tua* — *patuit*: *nostra si angustior* e s t — *etsi* cet., IX, 11, 2: *nam et* — *arbitror et nondum* s u m *s. confirmatus ad s.*, ubi Ub. sqq. *sum* post *conf.* inseruerunt, Att. XII, 6, 2 (propter praesentis temp. et futuri oppositionem) ex Or. coni.: *Mihi* — *gratum* e s t *et erit gratius*, XVI, 14, 2 (uel propter contrarium illud *non est*): *Alia* — *ratio* e s t *et*, *si non est*, *tamen uidetur*. Cf. XI, 23, 1, ubi nunc recte legitur: *si aliter est et oportet*, in Md. autem *est* ante *et* excidit. Fam. VIII, 5, 3 prauissime legitur: *Hoc si praeterito anno Curio trib. et eadem actio de prouinciis introibit*: *quam* — † *superet* [ex certa Or. coni. scrib. *sperent*], *non te fallit*. Neque enim Coelius dubitabat, quin sequenti anno et Curio tr. futurus esset (cf. 4, 2: *cuius in locum C. Curio petiit* [scr. *petit*; tum enim ipsum petebat]. *Sane quam* cet.) et actio de prou. rursus introitura (cf. § 2 *Sic* — *moretur*). Primum igitur ex Md. pro *si*, quod certe post *anno* ponendum fuit, legendum est *sic* ɔ: ut frequens senatus effici non possit neque Marcelli de prou relatio fieri; cf. superiora et 9, 2. Deinde, quoniam *introibi-* neque cum *C. tr.* recte iungi potest (illo enim ipso anno mense Dec. tribunatum initurus erat) neque inde intelligendo *erit* assumi, scribendum *C. tr. erit et* cet. — Att. VIII, 1, 2 scribendum est: *Sic enim parari uideo ut* — *contrahantur*, u t (uulgo *et*) *ne is q. locus stabilis* s i t [*sit* quum deesset, Ern. probante Or. addi uoluit], *sed* — *paretur fuga*. Quid enim apertius quam subiectum u. *parari* esse *ut* — *contr.*, cetera ex *sic* pendere? Explicat Cic., cur scripserit: *in Italia non relinquenda*; quare uu. *ne* — *fuga* non, ut uulg. distinctio significat, ita intelligere licet, quasi primariam sententiam efficiant priori per *et* coniunctam. Neque

acta erant, ea copulantur, quibus alia res exponitur, quid Cic. post senatum dimissum, quum casu apud P. coenaret, pro Lentulo fecisset. Scribendum est: *dimissus est. Ego* cet. Eadem uitia Q. F. III, 2, 3 tollenda sunt, ubi in impersonali locutione *recte est* (cf. Att. I, 7, Fam. IX, 9, 1), praesertim u. *tractatur* ex aequo posito, atque in eorum, qui *domi* erant, et *ipsius domus* oppositione scribendum est: *Domi recte est; ipsa* (uulgo *et i.*) *domus* — *tractatur n. ind.*, atque Att. XII, 7, 1, ubi pro *Magna res*: [et] *simplex est manere; illud anceps* ex dubia ipsius Or. coni. legendum: *M. res est*: *simplex* [ↄ: nam s.] cet.; cf. II, 4, 4, X, 6, 2, XI, 47, 2, XIII, 41, 2 (ubi propter *enim* inter *Magna enim res* atque *et multae cautionis* necessario *est* addendum), Fam. XIII, 77, 3. Saepe omnino *est (st)* atque *et* inter se confunduntur, ut Fam. VII, 12, 2, 17, 1, VIII, 3, 1, Q. F. I, 1, 33, Att. II, 6, 2 (cd. Arch.), 24, 4 (Md., non y), XI, 23, 3 (ubi ex Or. coni. scrib. *item* pro *idem*), XIII, 10, 3 (Md., non yz), 49, 2 (y, non Md.). His quoque locis *et* in *est* mutandum fuit: Att. I, 4, 3, ubi ego sic scribo: *Quod — scribis*, (id) *per mihi gratum est.* E s t (enim ea) *ornamentum* (uulgo: *est*, *et* ↄ: Quod — scribis, id est orn.!); XIV, 3, ubi ego sic: *Corumbus — nullus adhuc* (uenit). E s t [u. *adhuc; et:* Ern. uolebat *sed;* Or. *at!*] *mihi notum nomen; bellus enim* cet.

§ 4, ubi legitur: *hoc uidemur esse consecuti, ut ne — possit*, ex Md. scribendum esse *posset*, h. l.

---

uero facile Cic. sic scribere potuit: *parari, ut — pararetur.*

fusius demonstrare nihil opus est. Vide disputationem meam de *ut ne* et *ut non* in Adnott. ad Cic. T. D. Uiburg. 1830 p. 22-28 (cuius maxima ex parte sibi probatae Maduig. in nota ad Fin. II, 5, 15 epitomen quandam posuit) et de temporum in secundariis sententiis cum primariis artiore uinculo connexis consecutione, quae post Zumptium aliosque ego ibid. p. 29-35 scripsi ad uindicandam optt. cdd. scripturam in T. D. V § 39: *ita curata est, ut ne — caecaretur.* Cf. F. VII, 28, 2, Q. F. II, 4, 1, Catil. I, 4, 6, Off. II, 2, 5. (Fam. V, 6, 2 Cic. parum recte scripsisset *existimarer;* neque enim tum, quum res illas cos. gerebat, id egerat aut prouiderat, ut postea bonum nomen existimaretur). Quod nostro loco dicitur, idem 4, 2 sic iteratur: *satis mihi prouisum est, ut ne — possint,* ubi iterum ex Md. legendum est *possent;* cf. Att. VIII, 3, 2, II, 1, 6, Cat. II, 12, 26: *mihi ut urbi* [lege ex Schol. Gronou. *ut huic urbi;* sequitur enim *coloni — urbes suas — defendent*] — *satis esset p., consultum atque* [sic praeter Or. cdd. etiam idem Schol.] *prouisum est.* — Q. F. I, 1, 45, ubi legitur: *Facies —, quae fecisti, ut — laudent,* ex Md. scribendum *laudarent,* cuius frequentissimae attractionis haec exempla afferre satis est: Att. XI, 16, 3 *idem — peto, quod sup. litteris* (petiui), *ut — moneres,* VIII, 12, B (Pompeii), 2: *te — hortor id, quod non destiti — petere, ut — aduenires, antequam copiae — nos* [1]) *a nobis distra-*

---

[1]) Sic Md. et sine uar. Or. Miras Pompeii argutias! „*nos* a nobis distrahant". Scribendum est, sicut, nescio unde, est in ed. Gothofr., *uos;* cf. § 1. *Nos* si P. scripsisset, aut omisisset *a nobis* (cf. A, 1 *dispersos*

hant, ubi notabilis est in *distr.* ad sent. primariae *u. hortor* reditus; Fam. I, 5 a, 3, Top. 26, 99, Rep. II, 22, 39; Fam. III, 11, 2, ubi ex L. coni. scribendum: *U. ea est maiestas* [in Md. *ea* ante *est* excidit], *ut Sulla* [Md. *etsi silla* sprscr. *u;* quum bis scriptum esset *si*, non mirum, si *ut* in *et* depranatum est] *uoluit*, *ut* [Md. *ne* confusione in cdd. non ita rara, ut IX, 10, 2, ubi ego pro „*ne habeat*“ scribo *ut h.*,] — *liceret; ambitus uero ita — habet*, *ut — defendatur*, quam emendationem optimam Or. quum emendari uellet scribendo: *U. — m.*, *et sic Sulla u.*, *ut cet.*, ipse depranauit, quippe quum sic Ciceroni dicendum fuerit: *m. (sic S. u.)*, *ut — liceat*, in L. ratione recte *ut — liceret* ex sententia *S. uoluit* per *ut* annexa pendeat. — Eadem opera similia nonnulla in temporum usu uitia tollam. Att. XI, 15, 4, ubi Or. ex Corradi coni. scripsit *quum — possit*, in cdd. notis recte est: *posset;* dicitur enim, cur „genus — eiusmodi“ fuerit. Fam. VI, 9, 2 ex eodem palimps. Taur., cui § 1 debetur *nullo ut*, scribendum *habiturus* es: ex Md. uulgo legitur: *h. esses;* sed, quum hypothetice scribendum fuit *h. eras* aut *haberes*, tum ne hypothesis quidem in hunc locum conuenit. Idem uitium Att. V, 18, 2, ubi ex Md. legitur: *sociis — fidelioribus utimur*, *quam quisquam usus esset*, in cd. Faerni correctum est, qui *est* [1]) habebat. Quod Or., ut *esset* defendat, de suo assumit „minus quam nos

---

nos, C, 1 *distracti — poss.* et 3 *si distrahemur*) aut *nos inter nos* scripsisset.

[1]) Att. I, 10, 6, ubi Man. scripsit *est*, in z, Md. male *est esset*.

abstinens": primum uel sic post *utimur* dicendum fuit *uteretur*; deinde Cic. eum, si quis eius loco tum Ciliciae praepositus esset, secum comparare non potuit, utpote quem, qualis futurus esset, ignoraret. Nihil uero apertius quam Cic. gloriari neminem priorum Cil. procoss. sociis fidelioribus usum esse (non: usurum fuisse): causam ipse addit: „quibus — abstinentia". — Fam. IX, 2, 3, ubi Or. ex Md. restituit *possunt*, „quod res est certa, quam confitetur ipse Cic.", quasi uero, quum dicitur: *gaudebat*, *quod conualuissem*, certum esse non possit, me conualuisse (cf. de falsa hac modorum distinctione Maduig. ad Fin. p. 25), aut absurdum non futurum fuerit, si quem Cic. illud tantum putantem fecisset, se discedere, ipse causam, cur discederet, addidisset, quum toto loco diceret, quas discessus sui causas alios suspicaturos putaret, illo igitur loco C., L. sqq. recte scripserunt: *possent*. Eodem uitio laborat, quod III, 6, 5 legitur: *quae* — *uidetur*, ubi scribendum est, ut iam C. correxit, *uideretur*; neque enim Cic. causam *praeteriti* gaudii ab ipso gaudio cogitatione diuellere potuit. — Att. VI, 7, 2 miror neminem scripsisse: *M. exspectare iussi*, *ut* — possem (u. *possim*) *relinquere*. Quin etiam Fam. XI, 20, 1 et XVI, 23, 1 dubitari uix potest, quin in breuissima oratione obliqua post *diceret* et post *scripsit* Cic. *posset* scripserit, non, ut u. legitur, *possit*.

Ep. 7 § 10, ubi u. ita distinguitur, quasi Cic. dixerit *te admoneam id*, *quod ipse* — *cognoui* neque *tu* — *discas* ab *admoneam* pendeat, oppositio ipsa docet sic distinguendum esse: *t. adm.*, *quod* (ɔ: ut, quod) *ipse* — *cognoui*, *tu* (id tu) — *discas*, *neque* —.

Ep. 9 § 21, quod sine uar. legitur: *Nunquam enim praestantibus in re p. gubernanda uiris laudata est in una sent. p. permansio*, sententiam nullam habet. Credo editores *uiris* datiuum putasse participio *laudata* subiectum, ut esset *a p. — uiris.* Sed primum Cic. eiusque aetatis scriptores *hoc mihi laudatum est* simpliciter sic pro *a me* non dicunt.[1]) Deinde uel ex sequenti cum nauium gubernatoribus comparatione facile intelligitur, Cic. dicere, non quid a pr. rei p. gubernatoribus in aliis nescio quibus, sed quid in illis ipsis a ciuibus suis scriptoribusue nunquam laudatum sit. Scribendum igitur: *N. enim in pr.* cet. Excidit IN propter contiguum M, ut saepissime, u. c. II, 1 (cf. III, 8, 5), XIII, 26, 1, VII, 26,

[1]) Cf. Maduig. ad Fin. p. 27 et 582 meas Obss. Crit. in Sestian. p. 67. Datiuus recte est Fam. I, 4, 2 *mihi prouisum est,* III, 5, 2, X, 8, 2, IV, 4, 1, Att. VIII, 12, C, 3 (= VII, 7, 4), IV, 17, 1, VI, 2, 6 *annuae mihi operae — emerentur* (cf. 5, 3 *annuum tempus emeritum habebamus*) Att. XIII, 5, 2 *hi tibi dies in — negotio consumantur;* non recte est Att. VIII, 5, 7 *legionem Fausto conscriptam,* ubi, quoniam F. non sibi, sed Pompeio eam conscripserat, ex Man. coni. scribendum *legioneM A F. c.* (cf. 12, D, 1 *conscripti sunt a coss.*, ubi Md. iterum *a* omittit, ut VII, 7, 4; 3, 11, al.); Fam. XII, 13, 4 *ita — celeriter* [Md. mala geminatione addit *iter,* unde Gron. non improbante Or.: *ita — c. item —*] *nobis expediri,* ubi ex L. coni. legendum A NOBIS; datiuum enim commodi refutat quum contrarium subiectum *uos,* tum additum illud *pro nostra parte,* quae eius solum significationem postulant, *a quo* res p. expediri potuerit. De Legg. II § 62, ubi ex Gebh. coni. legitur: *quo uoc. etiam Graecis — nominantur,* quoniam in omnibus cdd. est *Gracchos* aut *Graccos,* ego legendum suspicor: *apud Graecos* vel potius *apud Graios;* cf. N. D. III, 21, 53.

1, ubi ex uariorum coni. legendum est: *tum, in quo*; neque enim cum Or. *quo* ita explicare licet, ut sit „cuius nomine"; nam *re aliqua aliquem male accipere* Latine nihil significat nisi "re a. quasi *instrumento* a. male tractare, afficere" (Uerr. I, 54, 141 *uerbis*, T. D. II § 84 *uerberibus*, Plaut. Men. V, 1, 7 *dictis*): *cuius rei nomine* quis male accipiatur, ablatiuo dici non potest, nisi addito *in*; cf. T. D. V § 24: *uexatur ab omnibus primum in eo libro.* [1]) De *in* occasionem significante cf. Madu. ad Fin. I § 4, IV § 37.

Ib. § 25, ubi legitur: *sese — sortiturum cum collega prouinciam; si —*, miror neminem scripsisse *prouincias.* Quid enim apertius quam Appium dixisse se cum collega sortiturum, non uter unam quandam prouinciam, sed uter utram duarum, quae tum erant, prouinciarum consularium haberet? Nam *sortiri* non, ut Uerr. I, 13, 34, Q. F. I, 1, 42 (ubi ex certissima Orellii coni., de qua tamen ipse dubitabat, pro *theatrum est totius* scribendum est *t. es sortitus*, cf. § 43 *casus tibi prou. dedit*), ita h. l. *sorte consequi* esse

[1]) Fam. I, 9, 26, ubi legitur *accepi tuas litteras de publicanis: quibus aequitatem tuam non potui non probare,* Gron., qui sententiam uulg. lectionis [Cic. facere non potuisse quin publicanis de Lentuli aequitate persuaderet] prauam esse uideret, alterum *non* tolli uoluit; sed in ea scriptura duo uitia remanent, primum quod *de publ.* est „de *prouincialibus* publ.", *quibus* autem *urbanis*, deinde quod Cic. epistola Lent. tum ipsum, quum hanc ep. scribebat, accepta nondum potuerat ne conari quidem hominibus illis L. aequitatem probare. Scribe: *publicanis: in quibus* (ↄ: in quorum Asianis controuersiis iudicandis) — *non p. non probare* (ↄ: approbare). Cf. Q. F. I, 1, 17, Att. VI, 1, 6.

posse, monere uix opus est. Ex *prouinciassi* facile *prouinciā si* fieri potuit. Quam non raro terminationes *am* et *as*, *um* et *us* cet. inter se confundantur, Criticis notum est. Cf. Fam. VIII, 9, 1, II, 17, 2, Q. F. III, 1, 24, Att. XII, 23 et XIII, 16, 1 (Md. — *em* pro — *es* ante *seq.*). Fam. VIII, 8, 8, ubi Or. ex Md. *in prouinciam proficiscerentur*, pleraeque edd. recte *prouincias*, sicut de eadem re supra quinquies, infra bis est. Att. V, 2, 1 ex Urs. siue cd. siue coni. legendum *prorogari nobis* (ɔ: mihi) *prouinciam*, unde quum ante *in* factum *pcia* esset, in Md. male scriptum est *pcias:* cuius lectionis Manutianarum explicationum altera, Ciceronis plures prouincias fuisse, praeter Ciliciam Cyprum et tres dioeceses Asiat., absurda est; Cilicia enim cum adiunctis illis regionibus una sola pcia fuit (Fam. I, 7, 6 corrupta Md. lectio nunc emendata est), neque uero unquam Cic. nisi de una p. sua loquitur. Ne altera quidem Man. expl., *nobis* esse „n., quotquot prouinciis praesumus", satisfacit. Cf. enim de *eadem* re 17, 5: *de poroganda nostra prouincia;* atque sic per omnes epistolas de *sua* sola p. non proroganda scribit, ut 11, 1 *Ne pcia nobis prorogetur*, Fam. II, 9, 3 (7, 4). — Att. VI, 1, 9 sine uar. legitur *propter casum nauigandi:* quasi non semper plures casus navigatio et pericula habeat. Scrib. *casus.* — De pluribus magistratibus antiquos Latinos singulari numero non usos dubitare innumerabiles loci uetant: quare Fam. V, 4, 2, ubi uix Lentulus solus, de quo Cic. potius scripsisset *collegam tuum*, significatur, sed omnes magg., qui Ciceroni fauerent (cf. Sest. 33, 72 sqq., Pis. c. 15), ex Martyni-Lagunae coni. scribendum est *magistratus* [ut de L. Agr. II,

33, 90 ex Graevii ante Klotzium recte scribebatur (cf. § 88) et Nep. Them. 7, 4 ex Oudend. legendum est (cf. § 1 et 2)] atque Att. VII, 12, 5 ego scribo *magistratus* (cf. § 2), 13, a, 1 *sine senatu, sine magistratibus* (cf. 11, 4 *sine magistratibus-sine senatu*). In hoc enim uoc. hæc confusionis (de qua cf. Phil. VIII, 6, 16, Uerr. II § 162, V § 44) causa accedit, quod in antiquissimis cdd. saepe per abbreuiationem (*mag.* et *magg.*) scribebatur, quo factum est, ut in Md. Att. XIII, 32, 3 sit *mage eum* pro *magistratus eum*.[1]) Ad Q. F. III, 5, 7, ubi ex L. coni. legitur *Troadem*, ex Md. script. *trodam* ante *s* faciendum est *Troadas*, (Sch. susp. *Troades*), nomen tragoediae aptissimum, ut paulo infra ex *istam* recte factum est *istas* ɔ: IV illas, quas proxime Q. conscripserat, in quibus non erat neque Erigona (cf. 1, 13) neque *Electra* et † *Troda*, quas sibi iam satis notas esse Cic. ipsis uerbis *et — scripseris?* significat.

Lib. II.

Ep. 7 § 2 prauissime sic legitur (ex Md. m. 2) et distinguitur: *Quod in id rei p. tempus — ueneris —, p. uides, quanta uis temporum sit — uoluntates: quid — vita, non dubito quin cogites.* Ut omittam pro *id* potius dicendum fuisse *istud*, primum *incideris*, *ueneris*, soloece pro *incidisti*, *uenisti* positum est, deinde parum recte dicitur, quod C. in *illud* rei p. tempus uenisset, ex eo sequi, ut uideret, quanta uis (in uniuersum) *temporum* in re p. sit, denique a uu.

[1]) Rep. I, 31, 47 illud *magis*, quod Maduig. ad Fin. II § 93 delet, sine dubio est glossema voc. *ea* (*magg.*) falso sic explicatum.

quanta — *uol.* illa *quid* — *uita* mire sic distrahuntur, quasi C. tria illa intellexerit, haec duo considerauerit. Sic scribe et distingue: *Quod* (ɔ: quam graue) *in* [Md. m. 1 non habet *in id*] *rei p. t.* — *ueneris* — *uides*; *quanta* (autem) *uis* — *uoluntates*, *quid cet.*: et omnia recta erunt.

Ep. 8 § 2. *Quare* — *crede* Or. male ita scripsit, quasi versus hexameter esset poëtae alicuius, quem Lucilium esse suspicatur. Nihil enim habent illa uu. quod poëtam redoleat, nisi numeros. Non raro autem non modo clausulas hexametrorum aliorumque uersuum, sed etiam totos uersus Ciceroni excidisse notum et, ut Fam. I, 9, 22, XVI, 14, 2, Att. I, 1, 1, II, 18, 3 (ubi iterum Or. ex Douzae sententia uu. maxime prosa Lucilio tribuit) et 4 (ubi Nobbius somniabat), VII, 11, 1 (ubi Cic. ipse se σπουδειάζοντα effudisse animaduertit). Att. XIII, 23, 3 Or. ex Tunstalli et Nobbii sententia sic scripsit *da* † *loquere*, ut esset sesquialter senarius in *loquere* claudicans. Ego totum locum sic constituo: *Quare da te in sermonem et* (rem) *perseca et confice et ita cum Polla* [sic Lni u. c. ɔ: z; Md., ut uulgo: *excita, compella*; de yx siletur] *loquere*, *ut te cum illo Scaeua loqui putes*, *nec* [sic ego coniectura, in quam iam Corr. incidit; u.: *putes. Ne*] *existimes* cet. Ut non dicam, laxiorem illam sententiae effectiuae siue descriptiuae per *ut* adiungendae structuram in h. locum parum conuenire, tamen nego ferri posse *Ne existimes* ita positum, ut sit *Noli existimare*[1]. In mea lectione

[1]) Cf. Maduig. De form. quib. u. Lat. II. p. 22, Admonn. de loc. quib. Gr. Lat. p. 25. Att. XIII, 49, 2 quae leguntur: *tibi hactenus mando*, (ut) *de illo* — *exquiras*:

ut habet, quo referatur, *cum Polla* et *cum Scaeua* (de quo cf. Onom.) aptissime inter se respondent, uu. *nec ex.* cet., quibus priora a Cic. explicantur, cum *ut* — *putes* recte copulantur, denique uehementiora illa *excita, compella*, quae cum superiore *εὐαγάγως* et cum seq. *bono modo* conciliari uix possunt, remouentur. Quaenam Polla (de Polla, D. Bruti uxore, cf. Onom T. in n. *Paulla Ualeria*) fuerit, ut multa, incertum est: fuisse ex illa familia, de qua Cic. supra: „quid istos putas? Nosti *domum*" ego suspicor. Uerbis enim: *Quare da* sqq. superius illud *Quare confice εὐαγ.* repetitur. Mea quidem lectio poëticum nihil habet; *persecare* enim cur non quotidiano sermone ita dici potuit, ut esset: rem celeriter, difficultatibus eius quasi nodis quibusdam persectis, transigere, ex eoque Cic., qui cum debitoribus suis quam celerrime et commodissime transigi uellet (cf. superiora et 25, 1) in suam rem transferre? Poëtam aliquem Ciceroni ante oculos uersatum esse posse non negauerim: uersus ipsos ab eo positos non facile crediderim.

Ep. 11 § 1. Soloece ab omnibus scribitur *Putaresne.* Alius enim generis est Att. XIV, 21, 4 *Quam facile perspiceres* (si adesses)? et similia. Scribe: *Putarasne* (antequam hanc ep. accepisti) —? Caelius, ut de re non exspectata, respondisset: *Non putaram.* Idem uitium correctum est I, 9, 5—8, VI, 4, 2, IX,

---

de me ne quid labores, ita distinguenda sunt: — *exquiras, ne* cet.; iungendum est enim *ne* (= *ut ne*; cf. Adnn. ad T. D. p. 27—28, Maduig. ad Fin. II § 64, Att. VI, 3, 9 = Tac. A. 2, 29) cum *hactenus*, ut V, 4, 2. Fam. I, 9, 2 et Att. I, 13, 3 eius generis sunt, de quo Madu. ad Fin. II § 77 quid sentiret, dixit.

13, 1, XVI, 14, 1, Att. II, 19, 2 (*magis quam uellem, non modo quam putaram*, ubi Md. *putarem)* XIII, 5, 1; corrigendum erit Fam. II, 13, 3. Att. autem XIII, 27, 1, ubi incertum ex quibus cdd. legitur *si ea, quae optima putaram, suadere uoluissem*, ex Md., L. scribendum est: *putarem.* Extra hypothesin dicendum fuit: *ea, q. o.* (ɔ: honestissima, cf. 28, 2 *ad decus*) *putabam* (et semper putaui et nunc puto), *s. uolui.* Quod Or. *ea — putaram* ita explicat: „meam *αἵρεσιν πολιτικήν ante* Pompeium deuictum", Cic. illa semper optima putauit, neque suadere ea solemus, quae optima ante putaramus, nunc iam non putamus, sed quae quum maxime putamus. Fam. II, 12, 3 ex certissima cd. Torg. correct. ab Or. improbata scribendum: *triumpharam.* Cicero sibi Caelium obiicientem facit triumphum sperare non potuisse, si in prouinciam non iuisset: respondet se (iam consulem oppressa Catilinaria coniuratione) satis gloriose triumphasse additque se contemta prouincia utique non tamdiu a rebus suis carissimis afuturum fuisse. *Triumpharem* nullam habet sententiam: Man. enim explicationem quum sententia totius loci, tum addita part. *quidem* satis refutat. Att. IX, 12, 1, ubi ex Md. m. 2 legitur *Legebam*, quoniam Md. m. 1. habet *Legerem*, scrib. *Legeram.* Ib. V, 19, 3 *certaret* corruptum est, quod significaret Att. scripsisse Hirrum tum repulsam tulisse, quum in auguratus petitione (Fam. VIII, 3, 1) cum Cic. certaret[1]). Atqui non de ea H. repulsa, sed de recenti in ædilitatis petitione lata (F. VIII, 2, 2; 3, 1; 9, 1,

---

[1]) Man. *certaret* explicat *certare soleret;* nimis artificiose, et tamen semel tantum competitor Cic. Hirrus fuerat.

II, 9, 1) A. scripserat. Si igitur Att. illa periphrasi in litteris suis usus est, scribendum est: *certasset;* sin, quod ueri similius est (cf. XVI, 14, 4), ipse Cic. nomen Hirri sic significauit, ex L. coni. improbante Or. legendum: *certarat*. Aliis locis illud *putaram* deprauatum in *putabam* est, ut Q. F. II, 1, 1, ubi legendum; *frequentior, quam putaramus* sc. ante senatum habitum (cf. F. VI, 4, 2, VII, 5, 1, 25, 1, XI, 27, 6, Att. II, 7, 4, 9, 1 19, 2, IV, 4, b, 1, XIV, 15, 3), Att. IV, 10, 1, ubi scribendum *putaras* sc. antequam ad uu. „bibliotheca F." uenisti. *Putabam* recte est Att. XII, 32, I (sc. *quum „rescripsi me* cet."). Q. F. III, 5, 1 pro *constituebas* ex Ern. coni. scribendum *constitueras* (iam tum, quum „tu mecum locutus es"); cf. § 8, II, 8, 2, Att. XIII, 19, 3 (ubi ipse Or. ex Ern. coni. scripsit *constitueram* pro — *ebam*), XVI, 2, 1. Fam. XIII, 22, 1 ex Ern. susp. pro *commendabat* scribendum: — *rat* (antequam Ciceronem hortatus est, ut scriberet), sicut VII, 23, 4 ex eiusdem coni. *mandabat* in — *rat* mutatum est. Contra Att. I, 16, 4, ubi legitur *impetrarat*, quasi reus iam ante, quam iudices sententias ferrent, nihil impetrasset, ex L. coni. scribendum esse *impetrabat* clamat contraria sententia *plus acc. dabatur;* cf. IX, 10, 3, ubi Md. m. 1 *cogitaram* pro — *bam*. — *Putassem* coniunctiuo obliquo recte positum est F. V, 19, 1, III, 11, 1, Att. XIII, 25, 2; Fam. autem XV, 16, 3, ubi legitur *metuo, ne plus neruorum sit, quam ego putarim*, scribendum *putaram* (antequam te eam probare uidi); perfecti certe indicatiuus ponendum fuit, ut XIII, 63, 1.

Ep. 16 § 5. Foedissimum soloecismum in Cic. epistolas Or. restituit, quum ex Md. scripsit: *Filio*

— *satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei.* Uidelicet, ut nos dicimus: I dig vil jeg efterlade en værdig Arving til mit Navn, sic Latinis dicere licuit: „*In* te dignum nominis mei heredem relinquam“! Recte C., Man. (L.), 4, 2: *r. memoriam n. m.* Man. apte comparat Off. I, 33, 121. Ex *M.*, ut saepe, geminatis ductibus factum IN est: M autem siue ante N excidit siue nota eius omissa est. Hoc probabilius quam Ciceronem scripsisse: *r. memoriae n. m.*, ut p. Domo § 146 est: *liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac nostrae memoriae relinquemus.* [1]).

Ep. 17 § 4, ubi legitur *de drachmis* CCCIↃↃↃ, uel sine Md. testimonio scribendum fuit: *drachmarum.* An *Cicero* unquam dicit: *X milia nummi* (n. X. m.) aut similia? [2]) In Md. est *drachum*, ex quo

---

1) Paulo infra fuit quum ego suspicarer legendum esse: *Nam, quod rogas, ut respiciam — carissimum,* num *dubitas* cet.: nunc *an* (ɔ: *facio: an* —) paulo liberius ita positum esse defendo, quasi antecederet: *Rogas — car.*

2) Quod apud Caesarem (B. C. II, 18) legitur: *tritici modios CXX milia,* scribendum est: *mod.* (ɔ: *modium*); sic enim (aut per M. aut per M°) iam in antiquissimis cdd. id uoc. omnibus casibus scribebatur; cf. uar. lectt. in Uerr. ed. Zumpt. p. 493 sqq., 1049. Loci ab Heldio collati (III, 4 sagittarios — tria milia *numero,* B. G. VII, 64 o. equites, XV milia *numero*) quam alieni sint, nemo est, quin uideat. — De Liuio cf. Gron. ad XXXIX,7. XXI, 55 quod in melioribus cdd. (Put., Flor.) aliisque est, *Romana*, nescio an defendi possit locis, quales hi Caesaris sunt: B. G. I, 49 *XV milia expedita,* II, 4 *armata milia C;* quod autem XXVIII, 2, ubi nunc ex Gron. coni. legitur *IV milia scutati,* in mell. cdd. est, *scutata* (dett. *scuta*), sic satis defendi potest. Uir-

faciendum est *drachmum;* cf. XII, 15 *duum milium amphorum.* Quamquam fieri potest, ut *drachum* natum sit ex *drachm.* (ɔ: drachmarum), sicut X, 17, 1 in Md. siue ex *X milia P.* siue ex *— passum* (ɔ: passuum) factum est *X m. passus*, X, 11, 2 in Md. est *cum tria milia* pro *cum* III M (cf. 33, 4, ubi Orellio ex Man. et Maduigii sententia post *equitum* addendum fuit V M., Att. VII, 24, ubi Md. *uim* p. III M.).

Ib. § 7, ubi omnes: *id etiam populo se remisisse scribit,* quasi B. aut aliud quidquam praeter alarios Tr. aut praeter populum alii cuiquam eos se remisisse scripserit, sine dubio est transponendo scribendum, *etiam se p.*; ex iis enim, quae praecedunt quaeque sequuntur, facile intelligitur, Bibulum scripsisse non solum Cic. sed etiam se p. eos remisisse. Cf. de Md. transpositionibus I, 2, 2, II, 16, 2, VIII, 14, I (*exspectationem inest* p. *in e-ne est*), III, 10, 10, ubi pro *ornatissimum uoluisti amplissime* ex Or. coni. scribendum *ornatum esse* [cf. II, 15, 3] *u. a.* (etsi *ornatissimum* etiam ex *ornat* (um) *esse* nasci potuit confuso cum *ornatiss.*; cf. XI, 4, 2, XV, 10, 1). VII, 13, 2 recte N. A. C. *auro, argento, aere;* [1]) nihil est

---

gilii illud (IX, 132) *Tot milia, gentes* — alius generis est. Prisciani (de P. et M. u. 38) *sex milia drachmas* nihil moror.

[1]) Equidem mihi non persuadeo Ciceronem h. l. datiuo scripsisse *aere* aut Legg. II § 55 *Lare.* (Cf. Tregder: De casuali nom. Lat. declin. p. 59). In terminationibus enim, quae sunt *i* et *e*, uel antiquissimi cdd. haud raro peccant. Cf. Obss. in Sestian. p. 6-7. Sic in Md. VIII, 6, 5 est *opinione*, ib. 2, 1 pro *legi Liciniae*, ut ex Ern. coni. Wundero (Prolegg. ed. Plancian. p. LXXV) probata legendum est (cf. IV, 1, 2, Liu. XXVI, 2 *relic-*

enim, cur Cic. quum naturali, tum legitimo ordine neglecto scripserit *a.*, *aere*, *arg.* — IX, 22, 4 uulgo ante L. legebatur: *Et quidem iam non etiam obscoena uerba pro obscoenis sunt.* Ciceronem hoc dicere apertissimum est: „Nos ridicule facimus, qui honorem non praefati scelera maxime nefaria narramus, de libidinosarum mulierum flagitiis honorem praefamur, et quidem non solum ea uerba re uera obscoena, quibus de harum amoribus utimur, sed *etiam non obscoena* (ut „*batuit*, *depsit*, quorum neutrum est obscoenum") pro obscoenis habemus„. Quare L. recte: *etiam non obsc.*; nam uulg. lectio, si ullam, hanc habet sententiam: "iam etiam o. u. obscoena non habentur"! Quod Or. Md. lectionem, quam is restituit, interrogationis signo post *sunt* posito recte se habere affirmat: ut omittam post *et quidem* sic sine ullo uoc. interrogatiuo interrogationem inferri nullo modo posse, quoniam *non* erit i. q. *nonne*, eadem illa absurda manebit sententia. — X, 21, 4 ex necessaria Ern. coni. *occisis* et *amissis* inter se transponenda sunt. Nemo enim Romanus tam absurdum quidquam dicere potuit quam illud est: „ciues *pro patria* (a patria) *amissi*". Romani dicebant, ut nos: „pro p. occidere, occidi, mortem oppetere, al." Cf. etiam XII, 30, 4 *quod et orbus* [adde ex L. coni. *est*] *senatus consulibus amissis.* — X, 30, 4 ex antiqua coni., in quam Maduig. quoque incidit,

---

tus consultationi. Ouid. M. XIV, 217 *leto poenaeque r.*), *lege Licinia*, Att. X, 18, 1 in cdd. notis *maiore* p. *maiori*, ib. 12, 1 in Md., u. c., B. *cum hoc mare* (quae forma Ciceroni abiudicanda est), V, 21, 12 in Md. *fraude esset* (cf. Phil. VIII, 11, 33 in ipsa sententiae formula *fraudi ne sit*).

scrib. *deleuit fugauitque eodem loco — Gallorum. Antonius —*. Or. uulg. lectionem *d.*, *fugauit*, *eodemque l.* retinuit, quum *eodemque — gall.* cum sqq. iungeret: scilicet ne illud quidem animaduertit, sic certe scribendum fuisse ab (ex) *eodemque l. — a Foro G. A. —*. An Latinis pro „*inde* me domum recepi" etiam „*ibi* cet." dicere licuit? Nam *eo loco se rec.* ita, ut sit i. q. *inde s. r.*, antiquiores quidem prosae orationis scriptores non dicunt. Cf. Uerr. IV § 21 (se *ex hisce locis* reciperent) aliaque in Lexx. laudata. Aliud est dici „hoc loco cessi"; dicitur enim etiam „Italia cedere". — V, 12, 6 ex certissima Maduigii coni. scrib. *uarios actus mutationesque* pro *u. a. multasque actiones*. Quid esset „*actiones* consiliorum et temporum", quum se ignorare Madu. confessus esset, Or. respondet in hanc sententiam: *actus* esse fabulae casus inopinatos, *actiones* incepta et maxime orationes. Subtilem explicationem! Quam si quis defendere uolet, primum docere debebit, ubi *actus* sic ab *actionibus* distinguantur, ut sint *casus inop.*, deinde, non modo „actiones *consiliorum*", sed „a. *temporum*" ubi dicatur aut etiam quo modo dici possit. Mihi quidem non modo *tempora*, sed ne *consilia* quidem *actiones* aut habere aut facere posse uidentur. Freundius quod discrimen illorum uu. esse statuit (actus: Aufzüge, actiones in d. dram. Spr.: die Handlungen, Verknüpfungen der Begebenheiten), nullo nisi hoc loco nititur: in re dramatica *actio* de *histrione*, ut in oratoria de oratore, dicitur. Denique uel sic manent mirae illae *actiones temp.* Madu. de dramatica, quam dicimus, uariatione [quam non tam *multitudo* actionum, quam *uarietas* efficit] contulerat § 5: *at — ancipites*

uariique casus sqq. Cf. etiam § 4 *temporum uarietates fortunaeque uicissitudines* (= mutationes temp.). Quum Cic. scripsisset „fabulam rerum et euentorum suorum — u. actus", metaphorae explicandae atque ad suarum rerum gestarum et euentorum historiam accommodandae causa per *que* addidit *mutationes et consiliorum* (quod respondet superiori *rerum*) *et temporum* (= euentorum et casuum). Quomodo *mutationesque* sic corrumpi potuerit, docet Madu. Memento etiam confusionis uocc. *mutus* et *multus* et cf. 10, 2, ubi ex Or. coni. pro † *actiones* legendum *a Catilio*. — XII, 15, 2, si in Cicerone uersaremur, non dubitarem quin uera esset Ern. transpositio uoc. *maiestatis* (cf. p. Caec. § 5, Liu. IV, 24: deminutum censurae ius): Lentulus autem ille, uanus homo nec nimis bonus scriptor, ut „deminutionem *maiestatis iuris* nostri" scripserit, fieri posse non negauerim. — XVI, 17, 2 ueri similis est Sch. transpositio: *quo quidem comitatu* (iste uenire soleat), *satis scis*. (Ego igitur tam molesto ab homine) *Ἀφωμίλησα*. In Orellii uulg. lectionis distinctione: *quo q. comitatu!* A.: *satis scis* primum *quidem* me offendit, quod in ea structura (de qua cf. Madu. Ep. Crit. p. 129) uix ullum locum habet; deinde uel sic Cic. prorsus absurde scribit Tironem id ipsum satis scire, quod narrat, a Dem. consuetudine et colloquio se separasse. Uide tamen, quoniam in Md. est: *scis etueum*, ne Cic scripserit, ut est in Erf.: *q. q. com. ἀ. satis scite. Tu eum* —; D. enim fortasse non simpliciter ut hospes uenerat, sed Ciceronis in eo itinere, quod is habebat (infra: „ego hinc — cogito"), comitandi causa. Cf. IX, 16, 1 „*satis scite* et commode tempus ad te cepit adeundi". — VIII, 8,

5, ubi legitur: *qui eorum in CCC iudicibus essent, † sex adducere liceret*, de CCCLX iud. a Pompeio iterum consule lectis Caelium scripsisse iam Man. aliique suspicati sunt probante Maduigio (Disp. de trib. aerariis p. 7). [1]) Ego igitur suspicor in corrupto illo uoc. *sex* latere *sexaginta* in Md. male transpositum et ante *adducere* sic deprauatum. Or. suspicione de CCCLX iud. non commemorata partim ex Man. coni. legi uult: *in CCC i. e., eos ex iudicio abducere l.* At uero neque *eos* aut *ex iud.*, quae ex ipsa totius loci sententia facile intelliguntur, addi necesse est neque, *adducere* (sc. *in senatum* quod ex superiore *ad senatum* assumere licet) in *abd.* mutari. — X, 23, 3, ubi in Md. est: *ut spatium et colligendum se homines haberent et ego* cet., Or. ex L. coni. scripsit: *ut* [et] *s. ad coll.* cet. Et quidem facile post *ut* excidit *et*, neque desunt exempla uocularum *ad* et *et* confusionis, ut F. 8, 3, 3 Md. *et* p. *ad*, Att. IV, 16, 10 cdd. noti *et* p. *ad.* Sed, quoniam *ad colligendum se*, de pluribus dictum, constanti [2]) Latinorum consuetudini (de qua uid. Maduig. disp. in Op. Acad. p. 380

---

[1]) Att. VIII, 16, 2, ubi legitur *Iudices DCCCL, qui p. Cnaeo n. delectabantur*, eosdem iud. CCCLX latere Iunius, alii uiderunt. In Md. (de yxz siletur) est: *I. DC. CCC. L.*, unde dett. *I. de CCCL.* Legendum ex Iunii coni. *Iudices CCCLX.* (Falso, si Graeuio fides habenda est, Or. tradit illum uoluisse *de CCCLX*). Scilicet in Md. ex IVD. CCCLX geminando et omittendo factumst: IVD. DC. CCC. L.

[2]) Quod legitur Att. I, 13, 1 *ad Sicyonem oppugnandum*, usu Graecorum defendi potest, quibus *Σικυών*, ut *Μαραθών*, communis generis est: quamquam L. fortasse ex z scripsit *oppugnandam.*

sqq.) repugnat (Plancus scribere debuit *colligendos*,) [1]) mihi uidetur esse legendum: *ut et sp. colligendi se* cet. Primum propter *spatium* pro — *di* male scriptum est — *dum*, deinde in Md. *et* transpositum. — XIII, 60, 1 probabilis est Lni coni. *bonam* inter *et* et *fidem* ponendum esse; *bona* enim *beneuolentia* ne ita quidem facile dici potuit, ut esset (sicut Rutilius et Man. uolunt) *uera*, *fidelis b.* —. XV, 2, 6 ex Md. Or. restituit. *fratrem dicere ea*, *quae me is quoque audiente dicebat:* quasi uero praeter Ariobarzanis fratrem alius quisquam Cicerone audiente illa dixerit. Recte ante Or. uulgo legebatur: *quae is me quoque a d.* Non solum ad fratrem Ariarathes illa detulerat, sed Cicerone quoque audiente dicebat. De *quoque* interdum a librariis male transposito cf. Maduig. Op. Ac. p. 181, ad Fin. II. § 108. Idem mendum est Att. XII, 19, 2, ubi Or. sine uar.: *De Antonio quoque Balbus ad me — conscripsit* ɔ: Non solum de — quo? [alius, de quo B. scripserit, nullius supra mentio facta est], sed de Ant. quoque cet. In superiore ep. (18, a, 1) Cic. scripserat nonnullos ad se de Antonii aduentu [de quo cf. Phil. II § 74 sqq.] scripsisse, Atticum non item. In hac igitur quid scribere potuit nisi de eadem re Balbum quoque scripsisse? Quare ego correxeram: *D. A. Balbus quoque* multo ante, quam in C. ita esse uidi. [2]) Saepissime in altero illo Md. singula pluraue

---

[1]) Alius generis (de quo Madu. ad Fin. p. 113 dixit) est Caesaris illud (B. G. III, 6); *neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt*, et similia.

[2]) Att. V, 20, 5 uulgo legitur: *Hilara sane Saturnalia. Militibus quoque, equis exceptis, reliquam praedam con-*

uerba male sedem mutauerunt, ut Q. F. III, 1, 21; 5, 4, Att. II, 1, 5; 4, 2 (Arch.); 16, 4; 17, 1; IV, 16, 6;

---

cessimus, Mancipia uenibant Sat. tertiis. Quibusnam aliis praeter milites praedam Cic. concessit? Quid apertius quam scribendum fuisse: *H. s. Saturnalia* (non solum mihi, sed) *militibus quoque, quibus equis* cet.? Sed in Md. (de ceteris cdd., ut plerumque, siletur) Furia teste est *quoque e quibus* [superscr. *eqs* cum lineola; in marg. *quibus*] *reliquam* cet. Quid igitur, si Cic. scripsit: *H. s. S.; m. q., quibus reliquam* [sc. praeter mancipia, quae uendita sunt] *p. c.; manc.* cet.? Primum enim sane mirum, si Eleutherocilices, montani homines, in oppido P., quod altissimo loco erat (F. XV, 4, 10), *equos* habuerunt. Deinde, quoniam *mancipia,* quae et ipsa pars praedae erat, uendita sunt, Cic. dicere non potuit se praeter *equos* reliquam p. mil. concessisse. Quam ob rem, si in Md. *exceptis* est, certe ita scribendum: *m. q., quibus* [captiuis] *exceptis* —. Equidem Furiae de omisso *exc.* credo. In Md. quum ex *quoque* lit. *e* geminata esset, stultus quidam homo ex *e quibus* fecit *eqs* (c. lin.) ɔ: *equitibus*, alius prudentior recte: *quibus*: quorum neutrum cuiquam in mentem uenire potuit, si in cd. esset *exceptis.* In cd. nescio qua prima corrector ex *equibus* fecit *equis* et propter *reliquam* non intellectum de suo *exc.* addidit. *Ceteri* et *reliquus* saepe sic poni, ut id, quod excipitur, non praecedat, sed sequatur, notum est. Cf. F. VII, 18, 1-2, Lael. 2, 6-7, ubi Maduig. nunc ex optimo cd. Gud. aliisque recte scripsit *in Graecia reliqua* (Klotz. ex aliis *in r. G.*). — . Ad Q. F. I, 3, 8 sine uar. legitur: *Me* (Hortensius) — *tractauit, adiuncto quoque Arrio* ɔ: quum A. non solum — quid? — factus esset, sed adiunctus q. Ne sic quidem *Arrio q. adi.* Cic. dixisset. Pleonasmo quodam dicere potuit: *adi. etiam A.*; cf. I, 1, 37 (ad s. imperium etiam acerbitatem n. adiungere), Att. XI, 12, 3 (adiungatur ad A. etiam H.), IV, 16, 14 (simul adiungetur h. o. uilla etiam p.), Fam. VI, 5, 3 (o. sunt tibi *etiam* cum *aliis* communia; cf. Madu.

V, 11, 6; 14, 1; 21, 12; VI, 2, 2; VII, I, 3 (Md. *cum Pompeio s. p. e. cum Caesare* pro *c. Caes.* — *c. Pomp.*, ut est in y; cf. Fam. X, 21, 4, de quo l. supra dixi); 4, 1 (Md. *sanctum* p. *tum sane*); IX, 6, 3; 13, 8 (ubi ex y leg. *ferre posse*); 14, 2 (Arch.?); 15, 1; 18, 1; X, 1, 2 (Arch.), 4, 7 (Md. bis; Arch. semel); XI, 16, 4; XII, 7, 1; 17; 37, 2; XVI, 11, 1. Att. V, 12, 1 ex pessimis cdd. (ψ, Helmst.) uulgo legitur: *erat in animo nihil festinare, Delo nec mouere.* Primum ex Md. (de Bosii et Lni cdd. siletur) scribendum fuit *D. nec me mouere;* neque enim Cic., quod IX, 1, 1 de Pompeio *castra* mouente dicit: *ille Canusio*

---

ad Fin. III § 24 et 63). Cic. scripsit: *adi. Q. Arrio*: atque sic iam „Al." in margine Gothofr. Longum est eos Epp. locos enumerare, ubi *Q.* in *que* depravatum est: unum laudabo, III, 5, 1, ubi idem Md. *Manlique Tuberonis*, uulgo *Manilii, Q. Tub.*, ego *Manili, P. Rutili, Q. Tub.*; nihil est enim, cur Cic. ex librorum de R. p. personis Rutilium solum magis h. l. praetermiserit quam gemino illo loco, Att. IV, 16, 2: quam facile *P. Rutili* excidere in Md. potuerit, patet. Att. I, 5, 8 in Md. est *quo* (u. ex L. coni. et cd. Bos. recte *Q.*), ut Uerr. III § 60, ubi pro *Atque ab Apronio* Madu. (Op. Ac. p. 353) legendum esse *A Q. Apronio* demonstrauit, in Pal. Uat. est *Quo Ap.*, quod Klotz., ut solet, arripuit (credo, quod Latini „*Te* cibo prohibeor" pro „*A te* c. p." dicunt!), in cet. cdd. *Atque A.* Att. X, 5, 2 Md. *quodam*, y recte: *Q.* Fam. VIII, 8, 2, ubi ex Madu. coni. (ad Fin. p. 820) legendum est *Q. Pilius*, Md., ut u. legitur, *quod P.* Att. XII, 40, 1 u. c. Lni *quoque* p. *quo.* Contra XIII, 33, 2 pro † *quom* ex Or. coni. legendum *quoque.* Cf. XV, 7, ubi Md. *que.* p. *quoque.* Ceterum eo loco, de quo agitur, in Arrio praenomen additum est (in Hortensio non item), ut is ab alio A. (*Caio*, Att. II, 14) discerneretur.

mouerat, ideo de se Delo proficiscente pronomen, ut solet, addere non potuit: in duobus illis cdd. *me*, ut alibi, ante *mo* excidit. Deinde certe sic distinguendum fuit: *f. D.*, *nec —;* prosae enim orationis scriptoribus non licuit particulas *et*, *nec*, *aut*, *sed* cet. uni pluribusue suae sententiae uerbis postponere. Sed *Delo*, quoniam cum *nihil fest.* coniungi apte non potest, aut ex Faerni coni., ut glossema, deleri oportuit, aut, ut mihi placet, ex L. post *me* transponi. Aberrauit librarius a *ne* ad *de*. — VI, I, 15 uulgo legitur *de her, possessionibus*, *de bonis possidendis*, *magistris (auctionis) faciendis*, *uendendis:* quasi Cic. de *uendendis magistris* edicere potuerit: nam Manutii explicatio („ut *bona* magistris *factis uendantur*") uix sano cuiquam Ciceronis lectori probari potest. Sine dubio uerum uidit L., qui *uend.* ante *mag.* collocauit. Mihi tamen in mentem uenit, librarium Md. (de cet. cdd. tacetur), errore quodam satis frequenti [1]) quum propter proximum *possess. possidendis* scripsisset, post *faciendis*, addidisse *uendendis*, non deleto falso uoc. *possid.* Sic *(de b. u., m. f.)* si Cic. scripsit, alterius membri duae sunt partes aequales:

---

[1]) Cf., ut nonnulla exempla hic ponam. VI, 2, 3, ubi librarius, quum pro *de isto D.* scripsisset *de deo* atque ex superiore uersu *cum* repetisset, ipse rectum illud *isto Dic.* addidit; IV, 16, 3, ubi ex Ern. coni. legendum: *Multo* — m a g i s — *cauendum* (scilicet pro *magis* ex sup. uersu in Md. scriptum est *satis:* altera Ern. coni. Orellio magis probata *(potius)* pessima est; neque enim de electione cautionis, sed de eius magnitudine agitur), ib. § 12, ubi Or. uidit soloecum illud *triumphare* in Md. m. 1 (m. 2 recte *triumphaturum*) ortum esse ex inf. paulo superiore; VII, 2, 3, ubi, quum librarius (sine

bon. uend. et *mag. fac.*; in Lni lectione inaequales sunt, et tamen *possidendis*, cuius uoc. Manutiana explicatio mihi quidem non satisfacit, post *possess.* nonnihil offendit. — VII, 2, 3 Or. sic scripsit: *Et mehercule est, quem facile diligas. Αὐτόχϑων in homine urbanitas est. Eius testamentum deporto Ciceronum signis obsignatum.*, quum, ut alia omittam, illud non uideret, Ciceroni sic scribendum fuisse is *est, q. f. d.*; nam *est, q. f. d.* Latine nihil aliud est nisi: „est *aliquis*, q. f. d." *Quem* autem tantum Amb. 16, Rom., A., G. auctoritate nititur, quae per se ipsa nulla est. In Md., cdd. Mal., L., B. (ɔ: in Arch.) est *quam*. In y erat *urb. Eius est test. de tortori uncis ceronum*; in x idem, nisi quod is habebat *tortorium ciceronum*; in Md. et sine dubio in z, c: *urb. est eius detortorio ciceronum*, nisi quod in z, c; *detortorium*, ɔ: in Archetypo fuit, ut est in x., quae scriptura in y leuiter deprauata est, in eo autem seruata, ex quo nati sunt x et alter ille, qui rursus tres genuit, z (= „u. c." Lni), c., et tertium illum, ex quo is Petrarchae cd. descriptus est, cuius ἀπόγραφον Md. est. In eo cd., ad quem z, c., Md. propius originem suam referunt, ex *eius est* transponendo factum est *est eius*; in Md. propter *de* uoc. *detort.* mutatum in *de tortorio*. In Arch. *est* siue ex superiore uersu repetitum est siue geminatione quadam ex *test.* ortum. In *detortorium* Man. (qui

---

dubio iam Archetypi) ante *amabam* male scripsisset *animum*, correctio *manum* ante *non amabat* posita est. VI, 1, 5 et VII, 2, 3 fortasse in antiquo aliquo cd. correctio in margine adscripta fuit atque inde in Arch. contextum loco non suo recepta.

cf. 8, 9) recte uidit latere deporto Romam (Roma s. Rom.). Quare restituenda est Lni lectio: *Et — est, quam — diligas, ἀντ. — urb. Eius t. deporto Romam Cic. cet.* Addit Cic. hanc causam, cur Curio sit admodum delectatus, quod esset in eo uernacula urbanitas, qua quis facile delectari amoreque inflammari posset. De „quam facile diligas" cf. Fam. I, 7, 8 (quod facile intellexerim), IIII, 3, 4 (*quod* facile appareat), Att. II, 22, 6, 23, 3, al. —. VII, 3, 5, ubi legitur: *quorum* (armorum) *exitus semper incerti, nunc uero in alteram partem magis timendi*, in Md. Q. ψ, Ua est *nunc etiam uero in* cet. De yxz siletur. Scilicet uetus quidam editor *etiam* delere maluit quam sic scribere: *nunc uero etiam* cet. ɔ: „belli fortuna semper incerta est, nunc uero non solum incerta, sed *etiam* timenda, ne in Caesaris partem sit propensior. Interpolandi causa h. l. nulla fuit; errandi ne fingi quidem potest. —. IX, 13, 7, ubi legitur: *Nos quae monstra quotidie † intelligamus, ex illo libello,* — Or. autem suspicatur legendum esse: *Nos — quotidie* (sc. audiamus et legamus), *intelliges ex* cet., uide, ne Cic. scripserit: *N. — q. legamus, intelliges ex* cet. Ellipsis enim Orelliana paulo durior mihi uidetur, neque uero in Md., quamuis in terminationibus corrupto, ex *intelliges* facile fieri potuit *intelligamus*. Quum primum inuerso ordine scriptum esset, quam facile *intelleges legamus* in *intellegamus* coaluerit [1]), apparet. —. XIII, 17 ex yz, C ɔ:

---

[1]) Sic, ut unum locum commemorem, ubi uitium eiusdem generis sublatum est, Q. F. I, 1, 32 in eodem Md. pro *consulere debemus* est *consulemus*. Data occasione alios locos emendabo, ubi duo uocc. praue in unum sunt conflata. Ibid. II, 7, 1 Or. scripsit; *A. d. III. Id.*

ex Arch. legitur: *V Kal. exspectabam aliquid;* † *non quo* [Md, post *nōo* omisit *quo*, ut paulo ante *Kal.*] *imperassem. Igitur aliquid tuis. Nunc eadem illa.* Scribendum ex L. coni: — *aliquid; non q. imp. tuis* (ut ad eam diem aliquid literarum a te mihi

---

April. ante lucem hanc epistolam dictaueram eramque in itinere, ut eo die — in Anagnino manerem. Primum in Md. est II; Or. ex falsa U. coni. III. Scribit Cic. 6, 2, se postridie eius diei, qui tum erat, Roma exiturum. Is autem dies, ut Gruber. uidit, fuit VII Id.; nam § 1, ubi uulgo legitur *VI Id.*, in Md. autem est *III Id.*, scribendum est: *VII Id.;* uix enim unus dies intercesserat, quin Cic. ad Q. filium, qui iam VIII Id. aeger fuerat, ueniret. Quo die ep. 7 scripta est, Cic. in itinere erat, ut eodem in Anagnino maneret. Anagnia autem a Roma non longius aberat, quam ut uno die eo perueniri posset. Sequitur, ut ea ep. non III Id. scripta sit, sed postridie quam superior ɔ: ex uulg. quae 6, 1 est scriptura: *V Id.*, ex mea: *VI Id.* Nam illud quidem nullo modo probabile est, Ciceronem pluribus post discessum diebus hanc ep. scripsisse; manifestum est enim totius eum itineris rationem fratri exponere. —. Deinde pro *dict. eramque* in Md. est *conscripseram*, syll. *con* lineola notata et in marg. adscripto *dictaueram:* unde belle factum est *dictaueram scripseramque;* quod quam absurdum esset, quum Sch. uideret, scripsit, ut est apud Or. Illud autem miror, neminem ne Sch. quidem in uerbi tempore haesisse. Quid enim apertius quam plusquamp. de ea demum ep., si quam antea scripsisse se scriberet, a Cic. recte poni potuisse (ut 1. 1; 5, 1, Att. III, 8, 1, V, 3, 1. 4, 1, VI, 1, 1, VIII, 6, 1, XI, 12, 1), de ea, quam tum ipsum scribebat, aut perf. (ut 3, 7; 16, 3, III, 4, 6; 7, 2; Fam. I, 2, 4; XIV, 7, 2; XVI, 6, 1; Att. V, 17, 1 *Hanc epistolam dictaui sedens in r.*, VI, 4, 3 *Haec festinans scripsi in itinere*, X, 3, A, 1: „A. d. VII Id. alteram — hanc ep. *dictaui* et pridie *dederam* — longiorem", XVI, 1, 1) aut imperf. (ut Att. IV, 4, 5) ponendum fuisse?

referrent). *Igitur* (quoniam nihil uenit) *eadem illa.* Ex superiore uersu aut ex seq. *aliquid* repetitum est. Orellio magis placeret: *n. q. i. aliquid.* [hoc *aliquid* male otiosum est] *t. Nunc igitur* —.

---

neque uero hoc non miror, Orellium (cuius quod sit de Md. notis marginalibus iudicium — in Epp. ad Q. F. uerum, in Epp. ad Att. ex parte falsum, — uide Praef. Epp. ad Att. p. XVIII) *conscripseram* ex Md. m. 1 non restituisse. *Conscribere* enim non raro de *epistolis* conficiendis dicitur, ut Att. III, 15, 8, XI, 5, 3, XIV, 12, 3 (haec conscripsi X. Kal. accubans a. U.), XII, 19, 2 (Fam. XI, 2, 1, ubi fortasse scrib. *non conscrips.*), neque solum de uberioribus, ut Att. XIII, 50, 1, sed etiam de breuioribus, ut Fam. IX, 2, 1 (Conscripsi epistolam ɔ: ep. 3), atque adeo de breuissimis, ut IX, 15, A. Nihil igitur fuit, cur prior Md. corrector, siue is Petrarcha ipse fuit siue alius quis, *con* deleret, nisi usus Tulliani ignoratio. Post exstitit (Coluccius Salutatus? cf. Or. Praef. p. VI), qui audacius etiam pro *scripseram* reponendum *dictaueram* suspicaretur: credo, quod a Cic. iter faciente alias epp. (ut Att. V, 17,) dictatas esse meminerat, oblitus alias ab ipso Cic. scriptas (ut Att. V, 16), aut quod ep. 2 a Cic. tum [m. *Febr.*] leuiter lippiente dictatam legerat. Quomodo ex *dictaueram* librarius quisquam errore aut mutandi libidine *conscr.* facere potuerit, excogitari non potest. Omnes omnino in his ad Q. F. epp. notae margin. tales sunt, ut neque ex illo ipso cd., quo Petrarcha usus est, neque ex alio ullo diuersae originis (qualium ne uestigia quidem sunt) petitae esse possint, sed Italorum doctorum indoctorum coniecturis sint tribuendae. (De III, 1, 11 paulo post uidero). Quid igitur? Scribe una litera addita: *conscripsi. Eram in* cet. (Cf. 3 § 7, Fam. I, 2, 4) Nam *que*, quod Sch. contra Md. addidit, non modo non necessarium est, sed ne aptum quidem. Coniungi sententias si Cic. uellet, scripsisset aut *quum in it. essem* (cf. Att. V, 17, 1) aut *proficiscens*, ut VII, 14, 1; cf. XII, 1, 1, XVI, 1, 1, IV, 9, 2, qui locus sic legendus

Scilicet U. D. tum dubitabat de part. *igitur* a Cic. quoque non raro initio sententiae posita; cf. not. eius

---

(uid. Obss. in Sestian. p. 39) ac distinguendus est: *Eo die N. apud Paetum* (sc. mansi). *Ante* (uulgo: *L. Paetum, ante —;* 16, 2 Md. contra *peti* p. *leli*) *diem IV K. M. iens in P. b. m. haec scripsi. —*. Q. F. III, 1, 11 ex marg. Md. (in eius cont. est *composueram*) et nonn. dett. cdd. Or. scripsit: *Poëma ad C., quod institueram, incidi.* Quae lectio, si constaret Petrarcham aut, quum dormitans pro Archetypi *institueram* scripsisset *composueram*, ipsum in marg. ueram eius cd. lect. addidisse aut iam in eius marg. uariam eam lect. repperisse indeque descripsisse, iure ab Or. in contextum esset recepta; cf. enim de eadem re 8, 3. Nunc, quoniam multo ueri similius est *compos.* ab aliquo uiro docto ex illo ipso loco ita correctum esse (cf. Att IIIXIV, 16, 2, ubi Md. m. 1 cdd. Bos., ɔ: Arch., *laudare*, opinor, ex superiore *laudare* ortum, corrector Md. *uiolare*, Or. in nota recte *laedere*) par fuerat in cont. scribere· † *composuerat:* uix enim INSTIT in COMPOS deprauari potuit. Ego, quoniam non facile licet *comp.* ita explicare, ut pro *componere coeperam* negligentius positum sit, suspicor Cic. scripsisse *componere institueram* (cf. 5, 1) aut *ex parte comp.* aut (ut de eadem re 8, 3) EXORSUS ERAM. — Att. XI, 5, 3 ex xz. Md. Or. scripsit: *Quod t. i. nihil omnino ad uos,* † *scriptis literis, profecto intelligis rem mihi deesse, de qua scribam —:* in y post *uos* excidisse *scriptis literis* probabilius est, quam, ut Orellio uidetur, consulto ab eius librario esse omissum. Quod Or. legendum putat: *lectis* (his) *l. p. intelliges,* quum conferat X, 17, 1, ubi ex Man. coni. legitur *epistola lecta*, in Md. autem est *e. scripta:* non uidit U. D. in Md. sic erratum esse propter superius *scripta ep.*, similiter ut XI, 16, 5, ubi Or. ex z, Md. „De *omnibus* rebus uelim ad me *scribas*, et maxime quid [*scribas*] de *ea*, in *quo* tuo consilio egeo", ego sic: *De — quid* † *scribas* [Cic. scripsit aut *sentias*, in quam coni., ut nunc uideo, Man. ante me inciderat (cf. Fam. XIII

ad Phil. II § 94; sed uid. Madu. Op. Acad. p. 206 (qui laudat Zumpt. Gramm. § 357), ad Fin. 1 § 61,

---

68, 2, Att. VII, 5, 1, 6, 2, Madu. ad Fin. II p. 147 cum Add.) aut in eandem sententiam *censeas*; cf. de eadem consultatione § 3, 15, 2 *scire uelim, quid censeas,* 22, 2 *Quid mihi igitur censes?*] *de ea* [sc. *re*; fuerunt, qui de *Terentia* intelligerent!], *in qua* [sic ego; erratum est propter sq. *tuo c.*] *tuo* cet. Ego igitur XI, 5, 3 sic scribo: *Quod — uos scripsi, his litteris p. intelliges* cet. Ex *scripsi his* primum (fortasse in Arch.) factum est *scripsis*, deinde in eo ed., unde xz, Md. deriuati sunt, *scriptis. His* quidem necessarium est: item futurum *intelliges. Aliqua re* (p. *ex a. r.*) *intelligere, cognoscere, perspicere* Cic. saepe dicit, ut Fam. I, 5, b. 1 (ea te et literis multorum et nuntiis cognosse): quod in Obss. in Sest. p. 32 scripsi: „At — cognoscere", dormitans scripsi. — Fam. VIII, 13, 2 Or. sic scripsit: *Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, quum cognoscat, quidnam rei p. futurum sit, si * * * aut non curet, uos senes uideritis.* In qua lectione duo sunt, quae me offendant: unum *quum cognoscat,* quod ita additum est, quasi P., *antequam* cognosset, hoc aut illo modo ferre potuerit; alterum, quod Caelius *senes diuites* (= „senatum quique res iudicant" 14, 3) considerare uult non solum „quidnam r. p. futurum esset, si P. — curaret" (quod locupletiorum hominum sane maxime interesset), sed etiam, „quemadmodum, quod in senatu actum esset, l. esset, q. cognosset". In Md. est *cognoscam.* Quare certe sic scribendum fuit: *Q. — sit, quum cognoscam* (sc., *scribam*): *quidnam — curet, uos — uideritis.* Cf. sq. ep. (14) § 2, ubi C. scribit, quemadmodum P. illud ferret: „Cn. P. — tradiderit." Sed remanet uitium, quod habet *cognoscat.* Neque uero facile in illa duarum sententiarum oppositione verbum deesse potest, quod sequenti „uos — uideritis" respondeat. Aliter est Att. V, 4, 3: „De nostro itinere, *quod* [scribendum esse *quom* uel sequentia docent: belle alii scripserunt *quid*] statuero; de V praefectis, quid P. facturus sit, *quum* ex ipso cognoro, faciam ut

et cf. Att. V, 4, 2; XVI, 11, 1; 16, B, 9; Fam. XVI, 6, 1 (l. nostri simill.) *Igitur illa: quantum* —);

sciasᵘ: ibi enim *fac. ut sc.* utriusque sententiae commune est. Mihi igitur illo loco Caelius sic scripsisse uidetur: — *quum cognoro, scribam: quidnam* cet. Quum propter compendium u. *scribam* scriptum esset *sciam* (cf. Att. VII, 26, 3, ubi ex Or. coni. scribendum *scribis* p. *scis*, IX, 10, 2, VIII, 6, 2, IX, 9, 4), ex *cognoro-sciam* omittendo factumst *cognoscam*, ut supra in Md. omissum est *de* et *neque*. Ceterum miror neminem sq. lacunam suppleuisse scribendo: *si aut armis resistat aut non curet:* cf. Att. VII, 3, 4 — 5; 5, 5; 6, 2; 7, 6; 9, 2; 1, 4; Fam. VIII, 14, 2 — 3. J. F. Gronou., magnus ceteroquin philologus, ex *non curet* intelligit *curet* coll. loco quum alieno tum in cdd. mutilo, Tac. A. XIII, 56 (*Deesse* cet.)! — Att. XV, 12, 2 uulgo ex x, Md. (y illum lib. non habet: de z siletur) legitur: *τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τις εἶχεν! Octauiano, ut perspexi, satis ingenii, satis animi*: quasi tum non amplius illa culpa Brutorum fuerit [sed cf. 20, 2: *Haec omnis culpa Bruti* sc. *est*; XIV, 14, 2: *Ista culpa Brutorum* (*est*)?], aut Cic. de iis, quae quis *in se* habet, Datiuo sic utatur. Scribe pro EIXEN! *Oct.* sic: *EXEI! IN Oct.* Cf. de eodem Oct. XVI, 14, 2 in *isto iuuene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est*, Uerr. V § 89 *Erat animus* in *reliquis*. Att. XVI, 5, 5, ubi legitur: *Magna ῥοπὴ ad proficiscendum tuis literis*, ex Or. coni. post M addendum IN, ut VI, 1, 23, ubi est *Caelium; quibus omnibus est αἰδεσθὲν* cet. (ɔ: pudor negandi, accipiendi timor), L. ex 2 Malasp. cdd. recte scripsit: *C.*; *in q.*, XII, 46, ubi legitur *Exculto enim animo nihil agreste — est*, Or. suspicatur: *In e. e. an.*, ego *E. enim in an.* Ablatiuus absol. *animo* esse non potest. — XV, 26, 5, ubi Or. ex Md. † *Mundus istum M.* [x. *is tu*] *Ennius quid egerit de test.* — *curiosus enim* [Or. suspicatur excidisse *es*, ego addo *sum*, cf. II, 4, 4.] — *facius me u. certiorem*, mihi uidetur Cic. sic scripsisse: *Mundus iste* [ɔ: de quo tu aliquid mihi scripsisti] *cum M. Ennio* cet. Cf. 29, 1. Quum *istecum* in *istum* coaluisset, pro *Ennio* scriptum est *Ennius*.

Att. VI, 1, 7, ubi ab Or. sic scriptum est: *Igitur meo decreto soluta res* [sic Md., z.] *Scaptio statim* [sc. *est:* falso; Salaminii neque ex ullo Ciceronis decreto neque omnino iam soluerant, sed soluere uolebant centesimis ductis cum anatocismo anniuersario. Scaptius autem quaternas postulabat, cf. V, 21, 11-12, VI, 1, 5; 2, 7: *sit* intelligere Ciceronis quidem usus non patitur]. *Quam id rectum* [in Arch. *id r.* propter superius *decreto* in *decretum* deprauatum fuit] *sit, tu iudicabis;* ego autem sic scribo: *Igitur* (cf. de orationis nexu Malasp.) *ut* [*ut* excidit post *ur*] *decreto meo* (cf. § 6) *soluatur Scaptio* [sic iam Man., Corr., Lamb. ex optimi cd. y et cd. Pantag. scriptura *soluta re:* in Arch. — *ATVR* in — *TARE* corruptum erat; post in eo, a quo z et Md. propagati sunt, *s* ex sq. uoc. adhaesit; neque uero uoc. *res* opus est (cf. § 3 *soluitur*, 5 *soluerent*, 2, 9 *soluunt*) atque intelligitur: „ita, ut S. uult, cum quaternis"] *statim* [sc. non, ut adhuc feci, res a me integra relinquatur: cf. V, 21, 13], *quam id r. s., t. i.* — Ad Att. XIII, 25, 2 ex z, C, B., cdd. Malasp., ɔ: ex Arch., scribendumst: *Bruto ita uolui scribere* pro I. *u. B. s.*, ut Or. ex Md. scripsit, quum miram quandam transpositionis rationem redderet. *Ita*, quod ad sqq. *me cet.* refertur, non ad superiora, post *Bruto* recte positum est. Ibid. 33, 3 ego sic scribo; *De T. a. q. p.*, *εὔλογον est, tum illum, quom* [Or. sine uar. *quoniam*, nisi quod L. *i. q. tum;* sed in C. esse *qui* uideo: de yxz siletur] *fuit ad Cor. — non enim temere dixit Hort. — aut quaestorem aut tr. mil. fuisse, idque* [sc. aut q. aut tr. m. illum fuisse] *potius* [sc. quam in legatis fuisse] *credo.* Sic Ern. uer-

lo transponitur: ceteri ex Md. uitt., it. pp. ff. cc., quasi sententia illa sit: „scribenque m. potius ff., quam quaestorem credo.“ Neque uero priore loco fuisse intellegere licet: posteriore autem male superfluum est; cf. 7, 11: [illegible] εὔλογον: idque eram suspicatus. Quod quae sequuntur in uulg. leg. [illegible] nihil habet, quae referuntur [illegible] plus, quam 26, 3, ubi ego: Abiit illud, quod [illegible] [sc. ad συμβουλευτικὸν [illegible]], [illegible] ἐπιφώνημα Ἀγαμήδεον [illegible] quod ad eo scribenam: cf. XIII, [illegible] 2 [illegible] non intellexerunt). [illegible] legitur: quod tibi —, quasi [illegible] stimulabat (timor— [illegible]). [illegible] exspectandum duxisset. De [illegible] confusis cf. XV, 3, 2 [illegible] 2 [illegible] 9, 1 [illegible] — Ad XV, 22, 1, ubi legitur: ut non de[illegible] futuri, ex necessaria L. [illegible] scribendum duxi: [illegible] caueat. Posse enim orationis scriptoribus minime licuit uerbum ipsum sententiae sic [illegible] praeponere; neque uero uis sententiae in caueat aut in futuri ess. inest, sed in otiosi. — XIV, 20, 2, ubi ex Md. (de xx silentium est) legitur: unde (a Miseno) ante discessit, quam illum uenisse audissem: a quo in Samnium. Uide, quid speres., nullam habet sententiam a quo, nisi excidit nomen eius loci, quo a Miseno Antonius discesserat indeque in Sam[nium p]roficisci cogitabat. Uerisimilius tamen mihi [s]cribendum esse: aud., in Samnium. A quo uide quid (te de B. tuo negotio consequi [sp]eres. Cf. 17, 2; 12, 1; XV, 1, 2. In uulg.

lect. a nullo explicata *a quo* male superuacaneum est. — I, 14, 6 iniuria Or. pro *uno uitio minus uitiosus* scripsit ordine uu. per se ipso deteriore: *u. m. u. u.*, quod in Md. esset *uno uicio minus uiciosus* supersc. *uitio*. Scilicet corrector scribendi per *c* rationem emendabat. — II, 20, 3, ubi u. legitur: *uarietas in re nulla sit*, nihil est, cur ex Md. non scribendum fuerit *u. n. in r. s.* — XII, 27, 1, ubi Or. ex Man. coni. „satis incerta": *nihil agri; ad aliam* [y *ac si ullam*, z, Md. m. 2 *ad ullam*, Md. m. 1 *an ullam*] *rem loci nihil, satis* (Arch. *satis nihil*) *ad eam, q. q.*, uide, ne Cic. scripserit: *ad nullam r. l. satis nisi ad —*. Propter praecedens *nihil*, non mirum, si ex *nisi* factum est *nihil*. In Man. lectione *nihil* nimium mihi esse uidetur. — XIII, 52, 1, ubi uulgo est: *O hospitem mihi tam grauem! ἀμεταμέλητον. Fuit enim periucunde.*, Or. sic legi mauult: *O. h. g.! mihi tamen ἀμ.:* quasi Caesar non Ciceroni quoque grauis hospes fuerit; sed cf. § 2: *Hospes* cet. Distinguendum sic est, ut iam in C. L. est: *O h. mihi* (etsi) *t. grauem (tamen) ἀμ.!* Or. confert ille quidem § 2: *Habes — ἐπιςταθμίαν odiosam; mihi, dixi, non molestam;* sed is locus sic distinctus: *odiosam* (= *grauem*) *mihi, dixi,* [1]) *non m.* (ɔ: *ἀμετ*) superiori ad amussim respondebit.

---

[1]) Huius loci si Or. meminisset, VII, 9, 3, ubi in Arch. fuit: *Sed istud ipsum SIC o magnum putat aliquis*, non maluisset cum Man. *o* delere, quam ex Tunstalli coni. inter *sic* et *o* supplendo addere *dic-*. Repetitur scilicet per *dico* (ɔ: inquam siue ut d.), quod paulo supra est: *Nobis —, ut quidam* (Pomp.) *putat, nihil est timendum magis quam ille cons.* Cf. VI, 1, 3: *quem ego etiam amare*

ex Arch. legitur: *V Kal. exspectabam aliquid*; † *non quo* [Md, post *nōo* omisit *quo*, ut paulo ante *Kal.*] *imperassem. Igitur aliquid tuis. Nunc eadem illa.* Scribendum ex L. coni: — *aliquid; non q. imp. tuis* (ut ad eam diem aliquid literarum a te mihi

---

April. ante lucem hanc epistolam dictaueram eramque in itinere, ut eo die — in Anagnino manerem. Primum in Md. est II; Or. ex falsa U. coni. III. Scribit Cic. 6, 2, se postridie eius diei, qui tum erat, Roma exiturum. Is autem dies, ut Gruber. uidit, fuit VII Id.; nam § 1, ubi uulgo legitur *VI Id.*, in Md. autem est *III Id.*, scribendum est: *VII Id.*; uix enim unus dies intercesserat, quin Cic. ad Q. filium, qui iam VIII Id. aeger fuerat, ueniret. Quo die ep. 7 scripta est, Cic. in itinere erat, ut eodem in Anagnino maneret. Anagnia autem a Roma non longius aberat, quam ut uno die eo perueniri posset. Sequitur, ut ea ep. non III Id. scripta sit, sed postridie quam superior ɔ: ex uulg. quae 6, 1 est scriptura: *V Id.*, ex mea: *VI Id.* Nam illud quidem nullo modo probabile est, Ciceronem pluribus post discessum diebus hanc ep. scripsisse; manifestum est enim totius eum itineris rationem fratri exponere. —. Deinde pro *dict. eramque* in Md. est *conscripseram*, syll. *con* lineola notata et in marg. adscripto *dictaueram*: unde belle factum est *dictaueram scripseramque*; quod quam absurdum esset, quum Sch. uideret, scripsit, ut est apud Or. Illud autem miror, neminem ne Sch. quidem in uerbi tempore haesisse. Quid enim apertius quam plusquamp. de ea demum ep., si quam antea scripsisse se scriberet, a Cic. recte poni potuisse (ut 1. 1; 5, 1, Att. III, 8, 1, V, 3, 1. 4, 1, VI, 1, 1, VIII, 6, 1, XI, 12, 1), de ea, quam tum ipsum scribebat, aut perf. (ut 3, 7; 16, 3, III, 4, 6; 7, 2; Fam. I, 2, 4; XIV, 7, 2; XVI, 6, 1; Att. V, 17, 1 *Hanc epistolam dictaui sedens in r.*, VI, 4, 3 *Haec festinans scripsi in itinere*, X, 3, A, 1: „A. d. VII Id. alteram — hanc ep. *dictaui* et pridie *dederam* — longiorem", XVI, 1, 1) aut imperf. (ut Att. IV, 4, 5) ponendum fuisse?

referrent). *Igitur* (quoniam nihil uenit) *eadem illa*. Ex superiore uersu aut ex seq. *aliquid* repetitum est. Orellio magis placeret: *n. q. i. aliquid.* [hoc *aliquid* male otiosum est] *t. Nunc igitur* —.

---

neque uero hoc non miror, Orellium (cuius quod sit de Md. notis marginalibus iudicium — in Epp. ad Q. F. uerum, in Epp. ad Att. ex parte falsum, — uide Praef. Epp. ad Att. p. XVIII) *conscripseram* ex Md. m. 1 non restituisse. *Conscribere* enim non raro de *epistolis* conficiendis dicitur, ut Att. III, 15, 8, XI, 5, 3, XIV, 12, 3 (haec conscripsi X. Kal. accubans a. U.), XII, 19, 2 (Fam. XI, 2, 1, ubi fortasse scrib. *non conscrips.*), neque solum de uberioribus, ut Att. XIII, 50, 1, sed etiam de breuioribus, ut Fam. IX, 2, 1 (Conscripsi epistolam ɔ: ep. 3), atque adeo de breuissimis, ut IX, 15, A. Nihil igitur fuit, cur prior Md. corrector, siue is Petrarcha ipse fuit siue alius quis, *con* deleret, nisi usus Tulliani ignoratio. Post exstitit (Coluccius Salutatus? cf. Or. Praef. p. VI), qui audacius etiam pro *scripseram* reponendum *dictaueram* suspicaretur: credo, quod a Cic. iter faciente alias epp. (ut Att. V, 17,) dictatas esse meminerat, oblitus alias ab ipso Cic. scriptas (ut Att. V, 16), aut quod ep. 2 a Cic. tum [m. *Febr.*] leuiter lippiente dictatam legerat. Quomodo ex *dictaueram* librarius quisquam errore aut mutandi libidine *conscr.* facere potuerit, excogitari non potest. Omnes omnino in his ad Q. F. epp. notae margin. tales sunt, ut neque ex illo ipso cd., quo Petrarcha usus est, neque ex alio ullo diuersae originis (qualium ne uestigia quidem sunt) petitae esse possint, sed Italorum doctorum indoctorum coniecturis sint tribuendae. (De III, 1, 11 paulo post uidero). Quid igitur? Scribe una litera addita: *conscripsi. Eram in* cet. (Cf. 3 § 7, Fam. I, 2, 4) Nam *que*, quod Sch. contra Md. addidit, non modo non necessarium est, sed ne aptum quidem. Coniungi sententias si Cic. uellet, scripsisset aut *quum in it. essem* (cf. Att. V, 17, 1) aut *proficiscens*, ut VII, 14, 1; cf. XII, 1, 1, XVI, 1, 1, IV, 9, 2, qui locus sic legendus

Scilicet U. D. tum dubitabat de part. *igitur* a Cic. quoque non raro initio sententiae posita; cf. not. eius

---

(uid. Obss. in Sestian. p. 39) ac distinguendus est: *Eo die N. apud Paetum* (sc. mansi). *Ante* (uulgo: *L. Paetum, ante —;* 16, 2 Md. contra *peti* p. *leli*) *diem IV K. M. iens in P. b. m. haec scripsi.* —. Q. F. III, 1, 11 ex marg. Md. (in eius cont. est *composueram*) et nonn. dett. cdd. Or. scripsit: *Poëma ad C., quod institueram, incidi.* Quae lectio, si constaret Petrarcham aut, quum dormitans pro Archetypi *institueram* scripsisset *composueram*, ipsum in marg. ueram eius cd. lect. addidisse aut iam in eius marg. uariam eam lect. repperisse indeque descripsisse, iure ab Or. in contextum esset recepta; cf. enim de eadem re 8, 3. Nunc, quoniam multo ueri similius est *compos.* ab aliquo uiro docto ex illo ipso loco ita correctum esse (cf. Att IIIXIV, 16, 2, ubi Md. m. 1 cdd. Bos., ɔ: Arch., *laudare*, opinor, ex superiore *laudare* ortum, corrector Md. *uiolare*, Or. in nota recte *laedere*) par fuerat in cont. scribere· † *composuerat:* uix enim INSTIT in COMPOS deprauari potuit. Ego, quoniam non facile licet *comp.* ita explicare, ut pro *componere coeperam* negligentius positum sit, suspicor Cic. scripsisse *componere institueram* (cf. 5, 1) aut *ex parte comp.* aut (ut de eadem re 8, 3) EXORSUS ERAM. — Att. XI, 5, 3 ex xz. Md. Or. scripsit: *Quod t. i. nihil omnino ad uos,* † *scriptis literis, profecto intelligis rem mihi deesse, de qua scribam —:* in y post *uos* excidisse *scriptis literis* probabilius est, quam, ut Orellio uidetur, consulto ab eius librario esse omissum. Quod Or. legendum putat: *lectis* (his) *l. p. intelliges,* quum conferat X, 17, 1, ubi ex Man. coni. legitur *epistola lecta*, in Md. autem est *e. scripta:* non uidit U. D. in Md. sic erratum esse propter superius *scripta ep.*, similiter ut XI, 16, 5, ubi Or. ex z, Md. „De omnibus rebus uelim ad me *scribas*, et maxime quid [*scribas*] de *ea*, in *quo* tuo consilio egeo", ego sic: *De — quid* † *scribas* [Cic. scripsit aut *sentias*, in quam coni., ut nunc uideo, Man. ante me inciderat (cf. Fam. XIII

ad Phil. II § 94; sed uid. Madu. Op. Acad. p. 206 (qui laudat Zumpt. Gramm. § 357), ad Fin. 1 § 61,

---

68, 2, Att. VII, 5, 1, 6, 2, Madu. ad Fin. II p. 147 cum Add.) aut in eandem sententiam *censeas*; cf. de eadem consultatione § 3, 15, 2 *scire uelim, quid censeas*, 22, 2 *Quid mihi igitur censes?*] *de ea* [sc. *re*; fuerunt, qui de *Terentia* intelligerent!], *in qua* [sic ego; erratum est propter sq. *tuo c.*] *tuo* cet. Ego igitur XI, 5, 3 sic scribo: *Quod — uos scripsi, his litteris p. intelliges* cet. Ex *scripsi his* primum (fortasse in Arch.) factum est *scripsis*, deinde in eo ed., unde xz, Md. deriuati sunt, *scriptis*. *His* quidem necessarium est: item futurum *intelliges*. *Aliqua re* (p. *ex a. r.*) *intelligere, cognoscere, perspicere* Cic. saepe dicit, ut Fam. I, 5, b. 1 (ea te et literis multorum et nuntiis cognosse): quod in Obss. in Sest. p. 32 scripsi: „At — cognoscere", dormitans scripsi. — Fam. VIII, 13, 2 Or. sic scripsit: *Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, quum cognoscat, quidnam rei p. futurum sit, si * * * aut non curet, uos senes uideritis.* In qua lectione duo sunt, quae me offendant: unum *quum cognoscat*, quod ita additum est, quasi P., *antequam* cognosset, hoc aut illo modo ferre potuerit; alterum, quod Caelius *senes diuites* (= „senatum quique res iudicant" 14, 3) considerare uult non solum „quidnam r. p. futurum esset, si P. — curaret" (quod locupletiorum hominum sane maxime interesset), sed etiam, „quemadmodum, quod in senatu actum esset, l. esset, q. cognosset". In Md. est *cognoscam*. Quare certe sic scribendum fuit: *Q. — sit, quum cognoscam* (sc., *scribam*): *quidnam — curet, uos — uideritis*. Cf. sq. ep. (14) § 2, ubi C. scribit, quemadmodum P. illud ferret: „Cn. P. — tradiderit." Sed remanet uitium, quod habet *cognoscat*. Neque uero facile in illa duarum sententiarum oppositione verbum deesse potest, quod sequenti „uos — uideritis" respondeat. Aliter est Att. V, 4, 3: „De nostro itinere, *quod* [scribendum esse *quom* uel sequentia docent: belle alii scripserunt *quid*] statuero; de V praefectis, quid P. facturus sit, *quum* ex ipso cognoro, faciam ut

et cf. Att. V, 4, 2; XVI, 11, 1; 16, B, 9; Fam. XVI, 6, 1 (l. nostri simill.) *Igitur illa: quantum* —);

sciasᵘ: ibi enim *fac. ut sc.* utriusque sententiae commune est. Mihi igitur illo loco Caelius sic scripsisse uidetur: — *quum cognoro, scribam: quidnam* cet. Quum propter compendium u. *scribam* scriptum esset *sciam* (cf. Att. VII, 26, 3, ubi ex Or. coni. scribendum *scribis* p. *scis*, IX, 10, 2, VIII, 6, 2, IX, 9, 4), ex *cognoro-sciam* omittendo factumst *cognoscam*, ut supra in Md. omissum est *de* et *neque*. Ceterum miror neminem sq. lacunam suppleuisse scribendo: *si aut armis resistat aut non curet:* cf. Att. VII, 3, 4 — 5; 5, 5; 6, 2; 7, 6; 9, 2; 1, 4; Fam. VIII, 14, 2 — 3. J. F. Gronou., magnus ceteroquin philologus, ex *non curet* intelligit *curet* coll. loco quum alieno tum in cdd. mutilo, Tac. A. XIII, 56 (*Deesse* cet.)! — Att. XV, 12, 2 uulgo ex x, Md. (y illum lib. non habet; de z siletur) legitur: *τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τις εἶχεν! Octauiano, ut perspexi, satis ingenii, satis animi*: quasi tum non amplius illa culpa Brutorum fuerit [sed cf. 20, 2: *Haec omnis culpa Bruti* sc. *est*; XIV, 14, 2: *Ista culpa Brutorum* (*est*)?], aut Cic. de iis, quae quis *in se* habet, Datiuo sic utatur. Scribe pro EIXEN! *Oct.* sic: *EXEI! IN Oct.* Cf. de eodem Oct. XVI, 14, 2 in *isto iuuene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est,* Uerr. V § 89 *Erat animus* in *reliquis*. Att. XVI, 5, 5, ubi legitur: *Magna ῥοπὴ ad proficiscendum tuis literis*, ex Or. coni. post M addendum IN, ut VI, 1, 23, ubi est *Caelium; quibus omnibus est αἴδεσθεν* cet. (ɔ: pudor negandi, accipiendi timor), L. ex 2 Malasp. cdd. recte scripsit: *C.*; *in q.*, XII, 46, ubi legitur *Exculto enim animo nihil agreste — est*, Or. suspicatur: *In e. e. an.*, ego *E. enim in an.* Ablatiuus absol. *animo* esse non potest. — XV, 26, 5, ubi Or. ex Md. † *Mundus istum M.* [x. *is tu*] *Ennius quid egerit de test.* — *curiosus enim* [Or. suspicatur excidisse *es*, ego addo *sum*, cf. II, 4, 4.] — *facius me u. certiorem*, mihi uidetur Cic. sic scripsisse: *Mundus iste* [ɔ: de quo tu aliquid mihi scripsisti] *cum M. Ennio* cet. Cf. 29, 1. Quum *istecum* in *istum* coaluisset, pro *Ennio* scriptum est *Ennius*.

Att. VI, 1, 7, ubi ab Or. sic scriptum est: *Igitur meo decreto soluta res* [sic Md., z.] *Scaptio statim* [sc. *est:* falso; Salaminii neque ex ullo Ciceronis decreto neque omnino iam soluerant, sed soluere uolebant centesimis ductis cum anatocismo anniuersario. Scaptius autem quaternas postulabat, cf. V, 21, 11-12, VI, 1, 5; 2, 7: *sit* intelligere Ciceronis quidem usus non patitur]. *Quam id rectum* [in Arch. *id r.* propter superius *decreto* in *decretum* deprauatum fuit] *sit, tu iudicabis;* ego autem sic scribo: *Igitur* (cf. de orationis nexu Malasp.) *ut* [*ut* excidit post *ur*] *decreto meo* (cf. § 6) *soluatur Scaptio* [sic iam Man., Corr., Lamb. ex optimi cd. y et cd. Pantag. scriptura *soluta re:* in Arch. — *ATVR* in — *TARE* corruptum erat; post in eo, a quo z et Md. propagati sunt, *s* ex sq. uoc. adhaesit; neque uero uoc. *res* opus est (cf. § 3 *soluitur*, 5 *soluerent*, 2, 9 *soluunt*) atque intelligitur: „ita, ut S. uult, cum quaternis"] *statim* [sc. non, ut adhuc feci, res a me integra relinquatur: cf. V, 21, 13], *quam id r. s., t. i.* — Ad Att. XIII, 25, 2 ex z, C, B., cdd. Malasp., ɔ: ex Arch., scribendumst: *Bruto ita uolui scribere* pro *I. u. B. s.*, ut Or. ex Md. scripsit, quum miram quandam transpositionis rationem redderet. *Ita*, quod ad sqq. *me cet.* refertur, non ad superiora, post *Bruto* recte positum est. Ibid. 33, 3 ego sic scribo; *De T. a. q. p., εὔλογον est, tum illum, quom* [Or. sine uar. *quoniam*, nisi quod L. *i. q. tum;* sed in C. esse *qui* uideo: de yxz siletur] *fuit ad Cor.* — *non enim temere dixit Hort.* — *aut quaestorem aut tr. mil. fuisse, idque* [sc. aut q. aut tr. m. illum fuisse] *potius* [sc. quam in legatis fuisse] *credo.* Sic Ern. uer-

ba transposuit: ceteri ex Md. *mil., i. p. f. c.*, quasi sententia illa sit: „tribunumque m. potius f., quam quaestorem, credo." Neque uero priore loco *fuisse* intelligere licet: posteriore autem male superfluum est; cf. 7, 1: *Est εὔλογον: idque eram suspicatus.* Quod *quom* scripsi, in uulg. lect. *tum* nihil habet, quo referatur, non plus, quam 28, 3, ubi ego: *Abiit illud, quod tum me stimulabat* [sc. ad συμβουλευτικὸν scribendum], *quom tibi dabam πρόβλημα Ἀρχιμήδειον* („ecquid tu reperires", quod in eo scriberem: cf. XII, 40, 2: Popma et Manutius locum non intellexerunt), uulgo autem sine uar. legitur: *quod tibi* —, quasi uero Cic. illud ipsum, quod eum stimulabat (timor — cuius „casus"?), Attico explicandum dedisset. De *quom* et *quoniam* in his quoque epp. confusis cf. XV, 3, 2 (Md. *quoniam* p. *quam*), 18, 2 (x recte *quoniam*, z, Md. *cum*), 9, 1 (ubi in loc. corr. x *quoniam*, z, Md. *quom*). — Att. XV, 12, 1, ubi legitur: *ut non dubitares, essent quin otiosi futuri*, ex necessaria L. corr. scribendum fuit: *quin essent.* Prosae enim orationis scriptoribus minime licuit *uerbum ipsum* sententiae sic coniunctioni praeponere; neque uero uis sententiae in *essent* aut in *futuri ess.* inest, sed in *otiosi.* — XIV, 20, 2, ubi ex Md. (de xz silentium est) legitur: *inde* (a Miseno) *ante discessit, quam illum uenisse audissem: a quo in Samnium. Uide, quid speres.*, nullam habet sententiam *a quo*, nisi excidit nomen eius loci, quo a Miseno Antonius discesserat indeque in Samnium proficisci cogitabat. Uerisimilius tamen mihi uidetur scribendum esse: *aud., in Samnium. A quo* (homine) *uide quid* (te de B. tuo negotio consequi posse) *speres.* Cf. 17, 2; 12, 1; XV, 1, 2. In uulg.

lect. a nullo explicata *a quo* male superuacaneum est. — I, 14, 6 iniuria Or. pro *uno uitio minus uitiosus* scripsit ordine uu. per se ipso deteriore: *u. m. u. u.*, quod in Md. esset *uno uicio minus uiciosus* supersc. *uitio*. Scilicet corrector scribendi per *c* rationem emendabat. — II, 20, 3, ubi u. legitur: *uarietas in re nulla sit*, nihil est, cur ex Md. non scribendum fuerit *u. n. in r. s.* — XII, 27, 1, ubi Or. ex Man. coni. „satis incerta": *nihil agri; ad aliam* [y *ac si ullam*, z, Md. m. 2 *ad ullam*, Md. m. 1 *an ullam*] *rem loci nihil*, *satis* (Arch. *satis nihil*) *ad eam*, *q. q.*, uide, ne Cic. scripserit: *ad nullam r. l. satis nisi ad* —. Propter praecedens *nihil*, non mirum, si ex *nisi* factum est *nihil*. In Man. lectione *nihil* nimium mihi esse uidetur. — XIII, 52, 1, ubi uulgo est: *O hospitem mihi tam grauem! ἀμεταμέλητον. Fuit enim periucunde.*, Or. sic legi mauult: *O. h. g.! mihi tamen ἀμ.:* quasi Caesar non Ciceroni quoque grauis hospes fuerit; sed cf. § 2: *Hospes* cet. Distinguendum sic est, ut iam in C. L. est: *O h. mihi* (etsi) *t. grauem* (*tamen*) *ἀμ.!* Or. confert ille quidem § 2: *Habes* — *ἐπισταθμίαν odiosam; mihi, dixi, non molestam;* sed is locus sic distinctus: *odiosam* (= *grauem*) *mihi*, *dixi*,[1]) *non m.* (ɔ: *ἀμετ*) superiori ad amussim respondebit.

---

[1]) Huius loci si Or. meminisset, VII, 9, 3, ubi in Arch. fuit: *Sed istud ipsum SIC o magnum putat aliquis*, non maluisset cum Man. *o* delere, quam ex Tunstalli coni. inter *sic* et *o* supplendo addere *dic*-. Repetitur scilicet per *dico* (ɔ: inquam siue ut d.), quod paulo supra est: *Nobis* — , *ut quidam* (Pomp.) *putat*, *nihil est timendum magis quam ille cons.* Cf. VI, 1, 3: *quem ego etiam amare*

Lib. III.

Ep. 5 § 2. Pessima correctione Or. pro *dicam*, ut ex Md. u. legebatur, scripsit d*ucam*. Dixerat (§ 1) Cic. se Appio de eius erga se officio gratias acturum. Addit uerbis: *Animaduerti* cet., quod sibi officium praestitisset. Tum ipsam gratiarum actionem uerbis: „Hoc tuum off. quum *mihi gratissimum* esse *dicam*" coniungit cum illa affirmatione, se Appio suam cum eo amicitiam re probaturum. Dici potest: „Hoc *tibi* gratum esse duco"; illud: „H. *mihi* g. e. d." nulla lingua dici potest. Ibid. § 5, ubi uulgo est: *Sane uellem*, quoniam in Md. est *An sane u.*, non dubito, quin Cic. scripserit: *Ac s. u.*

Ep. 7 § 5. Nescio, cur editores noluerint simpliciter sic interpungere: „Quaeso, etiamne tu has ineptias (ɔ: tam inepta dicis", quam quod P. te dixisse dicebat), homo — putant? ullam [uulgo: *p.*, *u.*] — existimas"? Nisi forte magnum Tullianorum anacoluthorum numerum sic augere uoluerunt. Noua interrogatione, ut saepe, prior explicatur. L. melius quidem certe colon, quod uocant, post *putant* posuit. Paulo infra suspicioni Or., uu. *quid sit nobilitas* inter-

---

coeperam, *sed*, *dico*, *reuocaui me* (ab eo amando = sed, ut dixi, *coepi* tantum amare, non perseueraui), *ne t. o.*; XIII, 25, 3, qui locus ad explicandam sent. melius sic distinguetur: *et id* (ut ad Uarronem mittantur) — *f. patior teneri*; *sed*, *etiam atque etiam dico* (cf. init. huius §), *tuo periculo fiet.* Similiter orationi interponitur non solum *opinor*, *credo*, sed etiam *puto*, ut F. V, 9, 1, VII, 23, 2, Att. VIII, 9, 4; IX, 9, 3, XII, 11; 49, 1, ubi Sch. sine causa *p.* deleuit (iungendum est enim cum *non multo* cet., cf. VII, 8, 5, XIV, 2, 1, ut sit: „si recte memini"), atque adeo *scio* in Balbi ep. (VIII, 15, A, 3).

polatori deberi, uel sq. *de his rebus* (ɔ: de harum rerum discrimine, de quo cf. Uict. et Man.) repugnat.

Ep. 8 § 4. Ex inutili Man. coni. Or. scripsit *id est* — *[ir]ridendum* pro *irrid.* Cf. Lexx. Ib. § 6 Or. foedum soloecismum uu. „Quid *potest* esse calidius quam, quum te — *defenderim* — *nunc* committere me, ut tu — *posses*?" frustra conatur defendere eodem artificio, quo supra (ad I, 2, 4) defensum ab eo *esset* Att. V, 18, 2 esse uidimus, quum intelligat *si uelles.* Recte Martyni-Lag. *possis* scripsit. VIII, 10, 1 propter praecedentia: — *metum* — *habui* — *nunc* — *praesagiebat* Caelius scripsit: „quam probabilis n. futura *esset*, [uerebar et] *uereor* etiam nunc".

Ep. 10 § 1, ubi Or. scripsit, *pro tua dignitate* ** — *malo enim dicere, quam pro salute* — *in* cet., quum *pro dignitate* excidisse suspicaretur (Cic. certe scripsisset: *pro dign. enim malo*), ego scribo: *p. t. d.* — *m. ENIM ITA d.* cet. Ne quis dubitet, Cic. ipse sic scribit ad Att. XIII, 42, 1: „Cur pateris? inquam. Malo enim *ita* dicere, quam cur committis?" Fin. II, 19, 61, ubi legitur: propter suas utilitates (malo enim dicere, quam uoluptates —) num", Bremius (probante Madu.) post *enim* idem illud *ita* addendum esse uidit.

Ep. XII § 2, quoniam inter uerba *Ego* — *meis* et *ita* — *opto* contraria ratio nulla intercedit, quid apertius quam pro *meis, sed* (set) scribendum esse *meis, et*? Dicendum certe fuit: *ita autem* c.

Lib. IV.

Ep. 1 § 2. "I. mihi uenire in mentem *nihil* potest, non modo *quid* sperem, sed uix i. *quid* audeam

optare". Docemus uulgo pueros *quid* esse interrogatiuum et indefinitum pron. substant., *quod* interrog. adiect. et relatiuum. Falso, si, ut multi editores nunc saepe faciunt, in illis uocc. fides codicibus habenda esset. Sed paruam aut nullam codicum in iis pronn. eorumque deriuatis auctoritatem esse inter prudentiores Criticos constat. Cf. Madu. Disp. II. de loc. aliq. Juuen. explic. p. 29, ann. ad Fin. I § 18, II, 8, Obss. meas in Caelian. p. 21, 37, in Sestian. p. 11-12. In Mdd. quoque Epistolarum cdd. nihil eorum pronn. (de quorum in ed. Erf. compendiis u. Freundii ed. Milonianae) confusione frequentius est. Q. F. 1, 4, 5 Md. „Tu, et *quod* opus sit et *quid* sit, uidebis", F. V, 20, 2 *Quid* — *id*, VIII, 14, 4 „quaeris, *quod* putem futurum", II, 1 „ne, *quid* —, (*id*)", VII, 9, 1 „*Quid* h. properes, *nihil* est", V, 15, 2 „*quod* dicam i. u.?", 2, 1 „*Quod* alios putas?", II, 4, 1, Att. X, 9, A bis *quod* p *quid*, semel contra (in eiusdem ep. exemplari F. VIII, 16 recte *quid* — *quid* — *quod*), XIII, 16, 1 *quid* pro coniunct. *quod*. Haec et multa alia eiusdemmodi menda iam correcta sunt. Eo loco. de quo agitur, ex L. coni. scribendum bis *quod*; *quid* enim ne ita quidem defendi potest, ut *nihil* esse *omnino non* dicatur (cf. Att. X, 1, 3: „mihi omnino non uenit in mentem, quae possit —„): non magis, quam si Att. l. l., ubi de eadem re legitur: „*Nihil* uideo *quod* sperem aut *quod* (Md. *quid*) i. putem f. posse", legeretur *quid* — *quid*. F. VII, 5, 2 C., L. recte: *illud nescio quid* (Or. ex Md. *quod*). VIII, 3, 2, ubi Or. ex antiqua corr. recte: *aliquod* — *σύνταγμα* (Md. *aliquid*), idem male: „*Aliquid* ex — tuis *monumentis* exstare, quod — prodat. Cuiusmodi ue-

lium, puto, quaeris." An ipse dicit: „Da mihi *aliquid* tuorum pomorum"? L. recte *aliquod*". [1]) Cfr. 10, 3, ubi Md.

---

[1]) Uict. quum uidisset uerba *Aliquid* — *exstare* cet. nihil habere, unde penderent, transponendo scripsit: „ — prodat, uelim. C., p., q." Sed Caelius *uelim* post sententiam secundariam demum non posuisset. Scribe: *Uolo aliquid* cet. Nam Manutii explicatio, ex uu. superioribus: Qui tibi istuc [a me petere, ut — ad te *συντ.* conscribam] in mentem uenit — ?" intelligi *uenit in mentem*, Caelium absurde dicentem facit, iam exstare aliquod mon. ad se conscriptum. Neque uero per anacoluthiam quandam ita dictum esse opinari licet, quasi supra scriptum esset *uolo* pro *a te peto* aut *uis* pro *tibi in m. uenit.* Excidit in Md., ut multa alia singula uerba, sic h. l. *uolo* inter *o et ali.* Cf. IX, 12, ubi omnes sic: „amico munusculum mittere *uolui* [Or. [*uolui*]] leuidense", quum in Md. non sit *uolui*, quod mihi potius post *ulum* excidisse uidetur. VIII, 9, 5, ubi Or. scripsit: „† P. tuus aperte Caesarem et prouinciam tenere cum exercitu et consulem esse [Md, *consul* om. *esse*]", quum aut in *aperte* latere *aegre fert* putaret (quasi uero Caesar iam tum consul fuerit; quod enim quis *aegre fert*, id iam aut factum est aut fit) aut post *aperte* u. *prohibet* propter ductuum similitudinem cum *et prou.* excidisse (quasi is, qui „ipse hanc sententiam dixit, nullum *hoc tempore* sctum (de prouinciarum successione) faciendum" iam tum aperte prohibuerit „Caesarem — esse", aut, si propter *et prou.* excidisset *prohibet*, non simul *Caes.* ut excideret futurum fuerit), ego ex L. coni. post *aperte* addo *non uult* ɔ: Etsi apertum est Pompeium nolle Caesarem — esse (cf. 8, 4 „plane *perspecta* Cn. Pomp. *uoluntate* cet."), tamen ipse mitiorem quandam dixit sententiam (cf. 8, 9). Ne quis iam dubitet de Lni supplementi ueritate: ecce eodem modo de eadem re Caelius 11, 3 scripsit: „Ualde — *non uult* Caesarem — tradiderit". (Cf. de alia re 10, 4: „Pompeium ualde *nolle* —."). *Non patitur,* ut est 14 (non multo ante exortum bellum ciuile scripta), 2: „Pomp, *constituit* non

quiduis — *munusculum*. Contra Att. XV, 4, 3, ubi sine uar. est *'Ηρακλειδεῖον aliquod*, scrib. *aliquid*, ut sine uar. est 27, 2; neque enim 'Ηρ., ut *malum*, *bonum*, *factum*, *dictum*, *constitutum*, alia, substantiui naturam adeo habet, ut adiectiuum *aliquod* admittat. De formulis loquendi *non habeo*, *quod (quid) scribam* et similibus post alios, ut Heusing. ad Off. II, 2, 7, Matth. ad R. Amer. § 45 (Handius ad Wopk. Lectt. Tull. p. 169 in statuendo discrimine siue obscure scribens siue errans, p. 170, ad Att. XV, 5 scribatur *quod* an *quid*, quid intersit, recte exponit) Or. in Orationibus edendis recte iudicabat (u. ann. ad Or. p. Caec. § 36 et cf. ann. ad Fam. VII, 3, 6, ubi recte statuit, quid inter *ut haberes*, *quid diceres* et *quod d.* differat). In Epp. edendis mutata sententia saepe ita praecipit: „*non* habeo *quid* scribam; *nihil* h., *quod* s.", atque interdum dicit, se *cum cdd.* sic scribere solere; u. ann. ad Fam. IV, 13, 1, XI, 8, 1, XII, 25, 1, XVI, 26, 2, Att. I, 12, 4. De *nihil* — *quod* non fallitur: cdd. tamen uel in ea formula non raro peccant, ut F. VIII, 2, 2 (Md. „De re p. *quid* t. scribam, *nihil* habeo), XIV, 16. De altera autem formula uehementer errat. An semper dicendum est: „*Non* habeo, *quid* te accusem"? Ubi *non habeo* est *nescio*, *dubito* (cf. de u. *habendi* Lael. 25, 91 cum Ochsneri ann.), recte sequitur *quid*: ubi ea formula dubitationem nullam habet et simpliciter est *mihi deest* (aliquid), necessarium est *quod*. Sunt loci, quorum sententia dubitationem relinquat, utra formula rectior sit: in quibus a cdd. scriptura

---

pati — tradiderit", haud minus falsum quam *prohibet* esset.

non est discedendum. Formulae *non est*, *deest*, in quibus nulla dubitatio aut deliberatio inesse potest, interrogatiuum nullo modo admittunt: quare Or., ut Att. V, 5, 1; 3, 2 (cum L. B. contra Md.), VII, 5, 4 (item), 6, 1 (item) aliisque locis recte scripsit: „deest *quod* — scribam", sic V, 3, 1 ex Md. scribere debuit: „Nec — erat —, *quod* scriberem" (cf. III, 12, 3, XII, 9 nec erat, *quod* scriberem), XII, 20, 2 ex C., L., B. „*quod* scriberemus, non erat" (praecedit contrarium: „quum — *erat aliquid* —"), XIII, 15, cum Ub. sqq. „non defuturum, *quod* scriberem" (praecedit „si — a te *quid* attulisset"), Fam, IV, 13, 1 cum Ub. sqq. „*Quod* pollicerer, non erat" (=*nihil habebam*). Cdd. uel in „*nihil* est quod" peccant, ut Q. F. III, 8, 1, F. VI, 4, 1 „Noui, *quod* (Md. *quid*) ad te scriberem, *nihil* erat. „Non habeo, *quid* —" recte est Att. III, 8, 2, Fam. XI, 25, 1. (cf. XII, 9, 1, X, 20, 1 ita — incerta, ut, quid — scriberem, non occurreret), 3, 1 „Etsi, *quid* scriberem, non habebam, tamen — non potui *nihil* dare. *Quid* ergo *potissimum* scribam", Att. VII, 13, b. 7 „nec *quid* consilii capiam *scio* — de pueris quid agam non habeo", F. IX, 17, 2 „*quid* faciat t., non habet", Att. VI, 3, 3 „nec — *quid* uellem, habebam". Contra est Att. V, 5, 1, ubi (praecedit, „*deest*, quod scribam") ex Ern. coni. scribendum est: „Nam nec *quod* mandem habeo (*nihil* enim praetermissum est) nec *quod* narrem (noui enim *nihil*) nec —", ib. 6, 2, ubi idem Ern. recte „Nec — habeo *quod* aut mandem f. aut narrem. Mandaui *omnia* —: narrabo, quum *aliquid* habeo noui", XIII, 15, ubi idem recte: Itaque [quoniam „abs te nullas litt. acceperam" ad quas aliquid rescriberem] ipse, *quod* scr., „non habebam„

(sequitur: „non defuturam cet."), F. XVI. 26, 2, ubi ipsa literarum inanium cum inanibus lagenis comparatio docet scribendum fuisse „*quod* scribas, non habebis" (Or. contra Md. *quid*), Att. XVI, 15, 3: „quotidie tabellarios habebis, et — etiam, *quid* [sic Or. ex Md.] scribas, habebis quotidie", ubi L. B. sqq. recte: *quod* (ɔ: quotidie non modo, quibus literas des, sed ne quod scribas quidem tibi deerit; *quid* esset absurde: quotidie scies, quid ex pluribus, quae poteris, potissimum scribas), VII, 15, 1, ubi ex Ern. coni. scribendum: „non quo haberem magno opere, *quod* scriberem" (ubi ipsum illud *magno op.* docet *haberem* notionem *sciendi* non habere; cf. III, 10, 3: *quod* exspectem i., magis habeo, quam *quod* ipse scribam), ib. 6, 1, ubi „*P. deest quod* (Md. *quid*) ad te scribam" postulat, ut ex L. scribatur: „nec ipse habeo a te *quod* exspectem", Fam. XIV, 2, 1, ubi, quoniam Cic. causas addit, cur *longiores* epp. ad neminem scribat, scribendum est: „Nec — habeo, *quod* scribam", aliis locis. — Recte est Fam. IV, 13, 1 „*Quaerenti* mihi iamdiu, *quid* ad te *potissimum* scriberem": non item Att. XII, 30, 1: „*Quaero*, *quid* ad te scribam; sed *nihil* est", ubi ego corrigo: *Q.* (aliquid) *quod* —, cf. 27, 2 „Et — scribamus". Pluribus locis recte est „non reperio, *quid* scribam (Att. XI, 5, 1), faciam" (F. IX, 26, 1 *quid potius* faciam, non reperio, cf. III, 12, 2: *si* facile inueneris, *quid* dicas, noli ignoscere *haesitationi* meae), non item Att. X, 13, 2: „mihi — *dabit argumentum* ad te epistolae. Iam enim non reperio *quid* tibi scribam", ubi rursus Or. „scribo cum cdd. — " (ib. 8, 9 tamen contra Md. *quid*), ego cum Ern. *quod*, ut ipse Or. XII, 5, 2 ex Man.

coni. scripsit: „*quod* magis placeat —, non facile inueneris". —. Ut eo loco, unde degressus sum, sic Att. IX, 12, 4, ubi legitur: „*Nulla* re iam *possum iuuari*, qui ne *quid* optem quidem iam [quum „*actum est*"] habeo, *nisi* ut — ", ex Ern. coni. scrib. *quod*; cf. F. VI, 2, 3, Cat. M. 19, 68: „At senex ne quod [sic Reg., Erf. ceterique boni cdd.; dett. nonn. *quid*] speret quidem habet".

Ep. 5 § 3. Equidem de Sulpicii Latinitate tam male non iudico, ut mihi persuadere possim ab ipso sic scriptum esse: „An ut — liberos — pareret — qui — tenere *possent*, honores ord. *petituri essent*, in re p., in amicorum negotiis libertate sua *uti*"? Diu et uehementer Man., optimus ille quidem interpres, sed nimium facilis codicum aestimator, de lectionis ueritate dubitabat; ad extremum ex (interpolato) Sigon. cd. scripsit *uterentur*, ut C. L. sqq. Mart.-Laguna leniore quidem, sed prauo remedio: *usi*: quasi uero, cum — usi essent, tum denique — petituri fuerint. Ego scribenbum esse *usuri* multo ante suspicatus eram, quam ex Graeuii ed. uidi in eandem coni. incidisse Guilelmium. Quum inter *sua* et *uri* excidisset *us*, ex *uri* factum est *uti*. — Sequitur paulo post: „At — malum *est* liberos amittere: Malum *(est)*: nisi hoc peius *sit*, haec — perpeti". Miror certissimum soloecismum a nullo esse correctum scribendo: *peius est*. De iis, quae iam tum sufferebantur, Seruius *sit* (fere = esse potest s. erit) scribere non potuit. Excipit per *nisi*, [1]) quod *tum* maius malum esse existimabat,

---

[1]) Cf. simillimum loc., ad Att. XI, 23, 1; „Tuas litteras exspectabam: *nisi* [y errore frequentissimo *ni sie*, ut

quam id, quod malum *esse* fatebatur. Longum est eos Epp. locos enumerare, ubi *est (st)*, maxime post uocales atque consonantes *m* et *s*, in *sit* deprauatum est.

Ep. 13 § 2. Or. male scripsit: „nec audio solum, quod ipsum esset miserum, sed etiam *id* ipse uideo, quo nihil est acerbius, e. fortunas dissipari„: sic enim *quo* necessario cum *id* iungendum est, non, ut ex uerbis *quod* — *mis.* faciendum esse intelligitur, cum *ipse uideo*. In Md. est *de ipsum*. Scribendum, ut in B. est: *s. e. ipse u.* Aberrauit, opinor, librarius ad sq. syllabam *de*, sicut propter superius *ipsum* scripsit *ipsum*. [1])

---

infra yx *et sic* pro *etsi*] — non *uideo* posse", ubi Cic. per *nisi* (nos diceremus fun, Germani nur) illud unum excipit, quod ex Attici literis ut cognosceret non exspectaret, quod fieri non posse uideret (cf. Man. et Popmam, quorum recta explicatione uidelicet non contenti Handius et Orellius, ille arripiens *est* ante *et* omissum, hic illud cd. y. mendum, ad miras scripturas confugerunt); Terent. Ad. I, 2, 73: „ecce — de integro: *nisi*, quicquid .st, *Uolo* scire", Sall. Iug. 100, 5, atque (quibus locis post *negantes* sententias *nisi* sic positum est) praeter duos iam a Man. laudatos (Fam. XIII, 1, 4, 73, 2) Att. V, 14, 3 eosque, quos lexica praebent et Kritzius ad Sall. Iug, 24, 5. — Fam. XII, 12, 1, ubi legitur: *si forte* — *uoluerint*, A., L. recte *uoluerunt*. Coniunctiui nulla ratio est, ut post *nisi forte* est Fin. I § 56 et II § 49 (C. obl.), Att. X, 8, 7 (C. potent.), Rhet. ad Her. IV, 4, 6 (C. condit.). Apud Quintil. XII, 2, 9 Zumptius scripsit *accedimus*.

[1]) IV, 8, 1, ubi Or. scripsit: „non solum omnia debere tua causa, sed *ea* [in Md. est *causa*] quoque etiam, quae non possim", quasi ulla recta inter *omnia* et *ea*, *quae non possim* oppositio esse possit, mihi scribendum uidetur: „ — causa, *quae possim*, sed etiam, quae n. p."

Lib. V.

Ep. 9 § 1. Or. ex Md. *suscipe meme totum:* ego: *s.* † *meme t.* Primum enim forma illa *meme* nullam, quantum scio, auctoritatem habet nisi Silii (IX, 651): Plautus, Sallustius, ceteri *memet* dicunt. Quod si Uatinius grauiore forma usus est, sine dubio scripsit *memet totum.* Deinde mihi nulla causa fuisse uidetur, cur U. emphaticam formam poneret, ut fuit, cur Plautus Epid. I, 1, 76 scriberet: „*tibi* in *tete* auxilii est", Terent. Ad. I, 1, 6: „aut *te amare* cogitat Aut *tete amari*". Quare uidendum est, ne U. scripserit, ut uulgo legebatur: *me t.* Ex prauis geminationibus, quas Md. plurimas habet, satis est commemorare *et una et una* II, 5, 1, *de uno, de uno me* XV, 21, 4 *Caesare repetenti negare* XI, 28, 6 (ubi equidem non dubito *re* delere; neque enim quisquam sic *repetere* pro simplici *petere* aut dixit aut dicere potuit), „commode *de* nobis sentire uidetur" XI, 23, 1 (ubi Or. *de* delere debuit: uidebatur Lepidus Bruto *de re p.* bene sentire; neque uero, ut Manutio uidetur, Brutus *nobis* pro *re p.* scri-

---

Scilicet in *causa quoque* sine dubio latet necessarium Martyni-Lagunae supplementum *quae possim.* Fortasse *causa* ex superioribus repetitum est, *quae possim* autem, quum siue transpositum siue ex margine in alienum locum translatum esset, in *quoque* mutatum. De *quoque etiam* cf. Obss. in Sestian. p. 21. Similes lacunas tres, quae sunt II, 4, 1, 19, 2, VI, 5, 3, Maduig. (Opp. Ac. p. 397) praeclare suppleuit. Postremo loco interpolatione etiam maculato pro † *uirtutem* Sch. mihi uidetur recte scripsisse *eloquentiam.* Requiritur enim uoc., quod cum *ingenium* notione cognatum sit; cf. quae sequuntur cum 6, 8-9. Occasionem sic errandi superius *uirtutem* dedisse potest.

bere potuit: rem conficit eiusdem sententiae repetitio in sq. ep.), *Lepidi dimissos* X, 23, 5, *celeriter iter* XII, 13, 4, *Auianiani* XIII, 27, 2, *ut ut* XIV, 3, 4, *cepimus* 'cepimus XV, 4, 9, *debent debent* XVI, 16, 2. [1])

---

[1]) VIII, 1, 1 Or. ex sua coni. scripsit: „Te — subrostrani (quod illorum [fortasse leg. *ipsorum*] capiti sit!) dissiparant perisse: *unde* [*in*] *urbe* [Md. *ur de urbe*] ac foro toto m. rumor fuit te a Q. P. i. i. occisum". *In* quidem superfluum esse nemo non uidet. Ne *unde* quidem aptum est; neque enim, quod dissipatum erat, Ciceronem perisse, inde sequebatur, ut *a Q. P. in it.* occisus esset. Quid igitur? Scribe: *perisse: urbe ac* — . Librarius, quum confusis, ut saepe, literis *b* et *d* scripsisset *ur de*, ipse se correxit, ut VIII, 16, 1 *uicta uictoria*, 14, 3 „utrisque copias et eligendas utrisque copias et eligendam", X, 30, 1 *possuissemus*, XII, 25, 2 *libem libertatis*, XIII, 7, 4 *arbitranti affirmanti*, XV, 4, 14 *firmissimus m.*, al. Accuratior rumoris dissipati explicatio recte sic sine ulla coniunctione additur. — Uenit mihi hic in mentem illius loci, qui est ad Att. XI, 9, 3, ubi ex Graeuii coni. Or. scripsit: „*istam miseram* (Tulliam) *patre*, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam". Scilicet in duobus, qui per se ipsi nihil auctoritatis habent, cdd., ψ et Helmst., est in illo *per te patr.*, in hoc, ut in A, C, *partu p.*; in Md. est, ut in cett. edd.,: *i. m. patrim.* cet. (neque enim silentii et Uictorii et Furiae testimonio non credendum est), atque sic rursus scribendum. An, quoquo modo *relinquam* explicandum est (Graeu. intellexit: „morte mihi consciscenda", quum sqq. *si me non offendes* ita explicaret: „si mortuus ante ero, quam tu me conueneris"; Man. simpliciter et uere *rel.* de consilio in alias terras migrandi interpretatur, cf. § 1; 15 § 3) uoc. *patre* non male superfluum est? Quam pater suus relinquit, non eo ipso patre siue orbatur siue ad tempus priuatur? Deinde Cic., si ipse *patre* posuisset, addidisset *orbatam*; qui „*patre* alioue *homine* aliquem *spoliare*", quod quidem meminerim, nunquam dicit. In aliquo

Ep. 10 § 3. Mira quadam synesi leuissimus error Md., ex quo Or. scripsit: — „*oppida* — Dalmatiae —, quae ipsi sibi asciuerunt a. sexaginta", Uatinii scribendi genus auxit: qui *qui ipsi* quidem certe scripsisset. Recte Ern. *ipsa*. An ualde mirum est, si in Md. ex SA factum est SI, praesertim quum sequeretur SI.?

Ep. 12 § 1. „Quod etsi mihi saepe *ostendis* te esse facturum". Sic uulgo ex Md. legitur. Scribe ex coni. Ern. Orellio non probata: *ostendisti te*. Lucceius enim paulo ante hanc ep. scriptam in Sardiniam profectus erat (cf. init. ep. cum Q. F. II, 6, 2, Att. IV, 6, 4): antea, quum Romae erat, saepe *ostenderat* se Ciceronis res scripturum. Sin etiam ex Sard. per literas (quas tum uix ullas ad Cic. scripserat) illud ostendere perseueraret, impudentior hic fuisset, si tam uehementer ei instaret. Denique Cic. quid scripserit sibi ipse testis est; cf. § 9, ubi eadem sententia repetitur: „quum mihi saepe *ostenderis* te — mandaturum".

Ep. 15 § 4. *Hic tu ea me abesse urbe miraris*. Sic omnes; sed in Md. mance et corrupte est: *tuae abesse*. Scripsit Cic. *tu ab ea me abesse* aut potius: *tu me ab ea a*. Sexcentis locis dicit: „abesse *a* re aliqua": *re abesse* omissa praepositione, quod sciam, non legitur nisi tribus praeter hunc locis (nam Att. III, 15, 2 quod apud Or. legitur: „puto *isto* scelere abfuisse„, error typogr. est; cett. edd. recte *p. ab isto* cet.): Fam. IV, 6, 2: „Itaque et *domo* absum et *foro*",

---

dett. codd. ex *patri*-factumst siue *per te* siue *partu* siue *parti*, mendoque non deleto recte scriptum *patri*-. In duorum uocc. asyndeto *nunc* uix quisquam haesitat.

ubi, quoniam Cic. interdum, ut Att. XV, 5, 3 (abesse *ex* ea urbe, in qua —), p. Planc. 27, 67 (*ex urbe* is afuit) „*ex* a. re abesse" dicit, ablatiuo *domo* (= e domo) accommodatum est *foro* (cf. *et domi et militiae*, alia); Acad. I, 1, 1: „*paulumque* quum eius *uilla* abessemus", ubi non dubito quin in Archet., si modo is uulgatam lect. habuit, *ab* post *quum* exciderit (nam, quod Goer. ait, *abesse urbe*, *foro*, *domo* saepius dici, suo more nunc satis noto dicit); Off. I, 14, 43, ubi ex mell. cdd. legitur „tantum *abest officio*", Cic. autem sine dubio scripsit, ut est in dett. *ab off.* (*ab* enim in meliorum cdd. principe ante *ob* facile excidit). Fam. XII, 16, 7 *Lentulus*, ut *Antiochea* (ↄ: *ab A.*, non *ex A.*) *profugisse*, sic „quatridui iter *Laodicea afuisse*" scripsit, nisi forte, ut plurimis Epp. locis factum est, priore loco ante *an* excidit *ab* (cf. 14, 4, ubi idem: „Exclusus — *ab* Ant."), posteriore A ante L. Fam. XVI, 8, 1, ubi uulgo legitur: „diutius *a* nobis afuturus est" (Md. *d. n. fut. e.*), si *Q. Cicero* non posuit A (quod tamen ante N facillime excidere potuit in Md., qui idem *a* ex *afut.* omisit), *nobis* est Datiuus, ut est *iis* Caes. B. G. 1, 36, *uerbo* Liu. IX, 19, 15, *nobis* Plaut. Aul. II, 3, 8: „Nunc *nobis* prope abest exitium, *mihi* atque h. *filiae*" (ubi tamen alii: *adest*; cf. Cic. Att. IV, 17, 3 „aduentare et *prope adesse*"). Neque, opinor, Caesar aut Sallustius aut Nepos uerbo *abesse* aliter atque Cic. utitur. Liuius saepe „nec *procul seditione aberant*" et similia dicit (cf. Drkb. ad VI, 16, 6); ei autem *procul* instar praepositionis est. Apud eum tamen XXVI, 41, 11 legitur: „Omnibus aut ipse adfui cladibus aut, *quibus afui* —", ib. 13, 1 „diu publicis *consiliis aberant*" (cf. XXVII,

46, 5 „consilium, *cui* — *adfuit*"); sed haud scio an iis locis *quibus* et *cons.* datiui sunt. Ex Tacito, qui tamen, ut omnes scriptores posteriores, praepositionum omissionem amat, ego nullum locum enotaui, ubi „*re* abesse" legeretur; neque Eckstein (in Ind. Adn. ed. Walth.) ullum laudat nisi Dial. de Orat. 15, ubi nunc legitur; „Graiis accidisse, ut longius *absit* [quoniam in cd. Neap. m. 1. (Farn.) est *abiisset*, cur non post *accidisse* legitur *abesset?*] Aeschine et Dem. — Nicetes —, quam Afer — aut uos — *a* Cic. aut *ab* As. *recessistis*„) ego excidisse *ab* ante *Ae.* suspicor, praesertim quum sequatur „*a* Cic. — recess." Apud Suetonium (Caes. 42) est: *Italia abesset.* Ex ceteris prosae orat. scriptoribus *re abesse* neque Lexx. mea neque Indd. laudant. Ex Ouidio Scheller. et Freund. habent Rem. Am. 774: (nunc etiam Pont. IV, 10, 69 legitur: „Abfuimus solito — *dolore*"): de reliquis poetis silent.

Ep. 16 § 6 pro soloeco *functurum* ex necessaria corr. antiqua scribendum *functum.* Oratione recta Cic. sic scripsisset: „— si — profecero —, — ero assecutus: sin — ualuerint, — *ero functus*". Sed, tametsi non desunt loci, ubi sic pro *us* scriptum sit *urus* (cf. F. X, 21, 2 Md. *deliberare* p. *delibare*, 25, 1 *natiuitatem* p. *nauitatem*, XVI, 12, 2 *destituti*[1]) p. *destiti*, X, 11, 2

[1]) F. VIII, 2, 1 Or. ex Gron. coni. sic scripsit: „Certe, inquam, absolutus est; me *in re praesenti* [Md. *me repraesentante*] pronuntiatum est, et quidem omnibus ordinibus et singulis in u. ordine sententiis". Ego sic scribo et distinguo: „Certe — est (me † repraesentante p. e.), et q. *ab* omn. ord. cet." Uulgo ita interpungitur, quasi *ordines* pronuntiauerint! Addit Caelius in paren-

constituti p. *constiti*, VIII, 15, 2 *propugnatus* p. *prognatus*), V, 20, 2 *consolatas* p. *conlatas*, XI, 9, 1 *elaboratur* p. *elabatur*, VIII, 10, 4 *uerterentur* p. *uertentur*), tamen suspicor in *functurum* latere *functum uiri*; neque enim, ut Plautus non raro *beneuolens*, sic Cic. *beneuolus* substantiui loco ponit (III, 3, 1 substantiuo *cuiquam* adiunctum est); quamquam h. l. *b.* sic positum ex coniuncto *amicissimi* excusationem aliquam habere

---

thesi causam, cur Messallam absolutum esse affirmare possit. *Ab* in Md. omissum ego addidi; neque enim Caelius magis „o. *ordinibus* abs. est" dicere potuit, quam Cic. „*tribunis* aer. absolutus" ad Q. F. II, 16, 3, ubi est: „*a* tr. aer. abs., in s. IV sententiis" (cf. F. VIII, 8, 3; „quid singuli ordines iudicassent"). Tam dure Caelium scripsisse, ut *me in re praesenti* pro: „quum ego in re p. essem" posuerit, nemo facile mihi persuaserit. Notum est Ciceronem quoque eiusque aequales talia non raro scripsisse, quale est *nulla praeda* (Att. IV, 17, 3), *illo accusatore illoque consilio* (Q. F. III, 4, 1): aduerbia praepositionesue cum substantiuis iunctas Ablatiuo absoluto non ponebant, ut fecit Tacitus (A. XI, 22 „nullis *palam* neque *cognitis* mox causis", XVI, 5 „multis *palam* et pluribus *occultis*", I, 68 raro *super* milite et — *defixo*") aliique eius aeui scriptores. — Si quidquam in *re* latet, Caelius *me in re* (ɔ: in Messallae causa) *praesente* aut potius *me in iure* [cf. p. Quint. § 79] *p.* Sed multo ueri similior mihi uidetur Rutilii coni. a L. sqq. recepta: *me praesente*: ubi enim C. adfuerit, ex ipsa sententia facillime intelligitur. Ex *me* uitiosa repetitione factumst *re*, ex *praesente praesentante*, ut I, 7, 9 *beneficentiis* ex *beneficiis*, *sententiasque* ex *sentiasq.* Similiter deprauatum est, quod legitur Att. XIII, 34: „ut cum Publilio me † *paene* absente conficias", ubi Sch. *paene* recte deleuit; cf. 47, b, 3 de eadem re: „*Me* enim *absente* o. cum illis transigi uolo". In Md. est *meapene*: scilicet uitium uoc. *apene* pro *apsente* scripti librarius ipse correxit.

poterat. *Sapiens* saepissime, *sapientes* non raro a Cic. substantiue ponitur: *sapientissimus*, — *i* non item: nam Cat. M. 23, 83 attributum est substantiui *quisque*. Itaque ego non dubito quin F. IV, 3, 8 ex Martyni — Lag. coni. scribendum sit: „quae a *sapientissimis uiris* — tradita essent"; cf. V, 16, 3, VI, 22, 2 „quae — a *sapientissimis uiris* tradita". Post *imis* in Md. excidit *uiris*. — Q. F. II, 3, 2 nescio cur Or. non modo non receperit, sed etiam improbauerit scripturam non solum Md. (ɔ: ipsius Arch.), sed etiam deriuatorum cdd. „animos *bonorum uirorum* (Or., ut L. sqq., omittit *u.*) offenderem". An non meminerat, uel de *optimatibus* haud raro addi *uiri?* Cf. Fam. I, 9, 14—15, p. Sest. § 105, 114 (bis), de Legg. III, 9, 20, Att. I, 16, 9 (bonorum — *bonis uiris*), IV, 8, b, 2; VII, 7, 5, ubi uulgo legitur: „ipse *nullos* (bonos) noui, sed ita, si *ordines* bonorum quaerimus; nam *singulares* sunt boni uiri.", sed, quoniam ipsa sententiarum inter se oppositio significationem requirit *numeri* eorum, qui singulatim erant boni (in uulg. lect. quum parum commode intelligitur *aliquot, nonnulli*, tum uero Cic. *aliquot* tantum esse *uiros* bonos arbitrari non potuit), ex necessario L. supplemento post *uiri* addendum est *multi* quod, ut alia sexcenta, in Md. — de xyz siletur — facile excidit. —.

Ep. 17 § 2, ubi causae enumerantur iniustae P. Sestii damnationis, C., L., Or. ita scribunt: „Q. eo tempore inuidia annonae inimici non solum tui, uerum etiam amicorum tuorum, iniquitas t. iudicii [opinor, lege Pompeia constituti; cf. ep. 18 (sine dubio eodem fere tempore scriptam, c. a. 702 Uarr.) § 2] multaque alia reip. uitia — ualuissent", quasi uero Cic. aut illud dicat, in illis causis

fuisse primum eam inuidiam, in qua S. propter annonam esset apud suum amicorumque suorum inimicum (quod ne potuit quidem sic dici) aut hoc, propter inuidiam annonae inimicos — ualuisse (quod neque commode sic significari potuit et absurdam illam habet sententiam, propter illam demum inuidiam *iniquitatem ipsius iudicii* — plus — ualuisse): ego cum Grut., Gothofr., Graeu., Ern. sic distinguo: *annonae, inim.*

Ib. § 5 uulgatam script. non modo non emendarunt, sed ualde deprauarunt 4, 2, Or., quum pro *maxime*, ut est in Md., scripserunt *maximae*. Sic enim Ciceroni scribendum fuit: „q. *quum* illius — uirtus — amor et nos ceterique, qui — pendemus, magnae tibi consolationi debent esse, *tum* maximae a. t. conscientia —". Quid autem uitii *maxime* habet in huiusmodi sententia: „Tria multum te consolari debent, filius bonus et pius, amici ueri ac iusti, maxime (imprimis) uero a. t. conscientia"? [1])

Ep. 18 § 1, ubi uulgo legitur: „qua conditione *omnes homines* et quibus temporibus nati simus, cogites", quis non miretur neque ante Rostium quemquam inter *temporibus* et *nati*, ut apertissima conditionis *omnium* hominum et *Ciceronis* temporum oppositio flagitat, *nos* addidisse, neque uero ab Or. lenissimam illam emendationem esse receptam, quum praesertim in Md. sit *notati* ɔ: *nosnati*?

Ib. § 2, ubi Or., „Tu uero, qui — *habeas* — quumque — *sis* — et quum *unum sit* iudicium ex

---

[1]) Ib. § 5 satis est uerbo monere, a Graeu. atque ab Or. praue post *casu* distinctionem nullam esse factam. Similia interpunctionis uitia Or. ed. plurima habet.

tam *multis*, quod reprehendatur, ut quod — existimetur", quasi, quod unum nescio cuius *alius* hominis iudicium ut Pompeio condonatum reprehenderetur, ea quoque causa esse potuerit, cur Fadius *suam* damnationem leuiter ferre deberet, *tuum* in Md. aut post *unum* aut potius post *quum* excidit. Ern. coni. pro *unum* scribentis *tuum* et audacior est et tamen minus commoda. Ceterum huius loci non meminerat Zumptius, U. Cl., quum ad Uerr. II § 59 *ut qui* pro *quippe qui* non uideri Ciceronianum esse annotauit: neque enim licet *ut* aut delere aut, ut Martyni Lag. fecit, in *et* mutare, quippe quum ipsa causa adiungatur, cur Fadii damnatio reprehenderetur. Contra Att. II, 24, 3, ubi uulgo legebatur; „Hic ille (Vettius) omnia, quae uoluit, de re p. dixit. *Et*, qui illuc factus — uenisset, primum — sustulit cet.", quasi sic per *et* cum dictorum summa singulorum dictorum enumeratio copulari potuerit, U., Man., Or. recte pro *Et* scripserunt *ut* ad significandam causam, cur Uettius omnia, quae Caesar uoluit [1]), de r. dixerit. [2])

---

[1]) Mihi probatur Orellii coniectura, transpositione sic esse scribendum: *H. o., ille q.* cet.; in uulg. enim uu. collocatione durius est *uoluit* de Caesare intelligere.

[2]) Ibid. § 4, ubi Or., ut plerique; „Ea nos, *utpote qui* nihil contemnere *solemus, non pertimescebamus*", duo offendunt: primum *utpote qui* cum Indic. constructum. Cic., ut *quippe qui* numquam cum Ind. ponit (duo illi loci, qui sunt Milon. § 47 et Phil. III § 12, ex mell. cdd. nunc correcti sunt: errore quodam Or. ad Phil. l. l. laudat Uerr. IV c. 55 a: Liuium V, 37), sic *utpote qui* (ut Plautus, Sallustius, qui tamen *quippe qui* semper cum Ind. iungit, Catullus) cum Coni. construit

De Att. IV, 16, 6: „** non mihi, *ut qui* iam intelligebamus —," siue ex y legas *qui*, siue ex xz, Md. *quod*, propter lacunam nihil certum iudicari potest. Mihi tamen uidetur sic scribendum esse: POSTHAC — *non mihi ut qui* ** 6. ** *Jam* cet.

Ep. 20 § 1 uide ne inter *dein* et *si* exciderit *scito* (cf. § 7); neque enim nisi per durissimam ellipsin ex *possem scribere* aut ex „*mihi* exploratum est" intelligi uerbum potest, ex quo pendeat *si rat.* cet.*)

Ib. § 2. Ego scribo: „a meo [*seruo*] scriba." *M. Tullium* scribam tum *seruum* Ciceronis non fuisse patet. Neque uero facile Cic. eum, quem per totam ep. simpliciter *scribam suum*, appellat, h. l. *seruum* appellare potuit, ut Man. uult, aut memoria *praeteriti* temporis aut quod *Rufus fortasse* in suis literis ea appellatione usus esset. Per chiasmum sequentibus uu. *a fratre tuo* respondet *a meo scriba: seruo* concinnitatem exstinguit. *Seruo* ab indocto aliquo interpolatore uel potius interprete [1]) adscriptum fuit,

---

Phil. V § 30. Deinde, si quidquam, illud mirum est, Ciceronem scribere se, utpote *nihil contemnere solitum*, iudicia illa *non pertimescere*, quasi causalis nexus inter illa duo ullus intercedat: arbitratu enim suo Corr. et Man. post *n. contemnere* intelligunt *et omnia cauere*. Ego sic scribo: — *soleamus* [*non contemnebamus*, *sed*] *non pert.* De xyz siletur.

[1]) Interpolationes atque interpretamenta Md. non ille quidem multa habet, sed tamen non nulla. De V, 12, 3, VI, 5, 3, XII, 15, 1 supra dixi. Cf. etiam XIII, 21, 2 (Hammonium), 53, 1 (*te*), VIII, 16, 1 (*sum* cf. Att. X, 9, A, 1), X, 25, 2 (*aliquid*). II, 7, 2 *et* ex *e* et *t* natum est, ut XIII, 23, 2 *et* ex sq. *est*, VII, 1, 1 *scilicet P.* (ut Or. uidit) ex *SP.*, ib. 32, (ubi Or. ex L.

ut causa declararetur, cur Tullius Rufo „suspectus" fuisset: nisi forte librarius aliquis mero errore pro

---

coni.: *non[ne] defendis*) *nonne d.*, ut B. uidit, ex „non *me* d." (neque enim *me* aut deesse potest aut ex superioribus intelligi), ibid. *ita* ex superiore *ita*, X, 24, 4 *ad* — *attinet* fortasse ex inferiore *ad* — *attinet*, XI, 5, 3 *me* fortasse ex proximo *m*, 29, 2 *de* ex sup. *de*, II, 7, 4 *tum* ex sup. *tum*, XIII, 12, 1 (ubi uulgo: „ut [*ad*] hanc addam") *ad* fortasse ex sq. *ad* (nisi forte Cic. sic scripsit: *ut ad illam* [u. *eam*] *k. a.*). I, 9, 7, ubi Or. *Cetera*[*que*], unci delendi sunt; cf. IV, 13, 6, ubi sic distinguendum est: *audeo. Ceteraque* —. VII, 17, 2, ubi Or. scripsit „ne dimiseris: et [si] quae —", sed maluit scribi: *n. d.*: *si q.*, quasi *et* esset ex interpolatione, recte uulgo scribebatur: *n. d.*, *et* [nos aduersatiuam particulam poneremus] *si q.*; *si*, ut aliae permultae uoculae, simpliciter (non „propter *is*") in Md. omissum est. Ib. 33, 2 incertum est utrum ex interpolatione *meis* sit an confusione quadam non rara ex *tuis* natum. VIII, 10, 4, ubi ex L. coni. Or. sic: „Illud addo: [*ad*] actiones C. Curionis, de agro Campano", Md. lectio: *I. a. ad* cet. a Man. recte explicata est. § 3 iam alias Curionis actiones (de prouinciis) Caelius significarat: addit nunc eiusdem *actionem* (*una* enim erat, non *plures*) de a. C. Cf. de *de a. C.* per appositionem ad *illud* relatum 11 § 3, „in *unam* causam —, *de* prou.", Att. V, 21, 5 (unum — panth.), Q. F. II, 6, 6 (unum — Clodio), Att. I, 1, 3, ubi pro „Uerum *hoc* ridiculum est, *de magistro* nunc cognoscere." ex Maduigii coni. mecum communicata legendum est: „— magistro. Nunc cognosce *rem* [de qua „abs te mihi ignosci uolo"]" (cf. IV, 15, 4, V, 20, 1, XVI, 6, 4, Q F. II, 13, 1, F. 1, 9, 20, alia). — IX, 6, 1, ubi Or. ex U. coni. scripsit: „Est igitur aduentus [*Caesaris scilicet*] in exspectatione", iure Gron. *C. sc.* defendit [nos diceremus: Man venter da *naturligvüs* Caesars Ank.] coll. 21, 1; uide omnino Maduigii de *scilicet* disp. ad Fin. V, 1, 3, et cf. Fam. IV, 6, 1, ubi ex Lagumae

scriba (scr.) scripsit *seruo* (ser.), idque ipse emendauit.

---

coni. Or. scripsit: „cuius officia iucundiora *licet* [Md. *scilicet*] saepe (in laetioribus rebus) mihi *fuerint*, nunquam *tamen* gratiora“, quum uulgo rectissime legeretur: „c. o. i. *scilicet* [ↄ: ut facile intelligitur] s. m. *fuerunt* cet. (= Fin. I § 28 „dicam —, nihil *scilicet* noui, ea *tamen*, quae — “). Scilicet uocabulo *scilicet* quodam modo respondet sq. *Sed tamen*, quae partt., quod ad sententiam attinet, iungendae sunt cum § 2: „*Hoc* ego — *nosse* te uolui — “. XVI, 21, 3, ubi Or.: „nam [*quum*] *et* audio illum libenter, *tum* etiam — “, quasi uero Latini sic umquam *et* — *tum* ponere potuerint (Brut. § 320, ubi Arch. ille Laudensis: *ut* — *tum maxime*, Or. nunc ex Aldi corr.: *et*, praue cum temporis, quo H. dissimilior sui fieri uisus sit, significatione causa eius rei copulata, Sch. recte: *cum*; ex *cum* ante *in* factum est (*tu*) *ut*, ut de Orat. I § 123 in Erf.), illo, inquam, loco, si quidquam in *et* latet (quod L. sqq. omiserunt probante me et Stuerenburgio), Cicero F. scripsit: „quum *exaudio* cet.; cf. Hor. Ep. I, 20, 14 et de *ex* in *et* non raro deprauato Fam. V, 17, 2, XV, 4, 6, XII, 15, 7 (ubi uulgo *e Syria*, Md. *et S.*, ego *ex S.*) Att. V, 20, 8 (Md. m. 1), ib. 2, 1. — Fam. XV, 11, 1, ubi ex interpolatis nonnullis cdd. parum commode legitur „*quum* studiose, tum [Md., Uat., alii: *ac*] libenter“ (neque enim grauior ille copulandi modus facile in uocc. h. l. fere synonyma, *st.* et *lib.*, conuenit; cf. Diu. in Caec. 12, 39 *libenter studioseque audiant*), ex Or. coni. *quum* delendum: aberrauit, opinor, antiquus aliquis librarius a *studiose* ad sq. *cum* (Md. *tum*) *studia*. XV, 20, 2, ubi de *recenti* Trebonii discessu absurde legitur: „ad amorem meum aliquantum *olim* discedens add.“, aut, ut Man. fecit, ex — *umolim* efficiendum est - *ulum*, aut *olim* delendum, ut ex sqq. petitum. (Att. VII, 25 foedo errore typogr. in Or. ed. pro *quae nolim* est *quae olim*). — VI, 6, 12 Or., quum antea recte legeretur: „non *debere te* ad sec. fortunam bene paratum

Ibid., ubi Or. ex Md. „non habui, cui potius id negotii darem, *quam* * * † *darem*", Cic. scripsit: —

---

fuisse, aduersam ferre nullo modo posse", sententiam Ciceronis (quam tamen Madu. Emendd. p. 35 perspicue exposuerat) totam pessumdedit, quum ex Md. scripsit: „ — modo *te* posse". An Latinis pro *debeo hoc ferre posse* etiam *d.* me *h. f. p.* dicere licuit? *Te* siue ab imperito interpolatore additum est siue errore ex sup. uersu repetitum; cf. II, 16, 3, ubi Or. ex Md. restituit: „affirmaui quiduis *me potius* perpessurum, *quam* ex I. ad b. ciuile *me* exiturum", quasi oratione recta recte dici possit: „Quiduis ego potius perpetiar, quam ex I. ad b. c. *ego* exeam", Ub. sqq. recte alterum *me* omiserunt, quamquam notandum est Ciceronem hoc uno loco praeter suam ceterorumque scriptorum, etiam Taciti (A. I, 35, XIII, 42, U. Agr. 25, cf. A. XIV, 21), dicendi consuetudinem post *potius quam* scripsisse *exiturum*, non *exirem* (u. Madu. ad Fin. IV § 20). — VII, 1, 4 iure suspectum Lagomarsinio fuit *artem*; *desinere* enim ab antiquioribus scriptoribus nisi cum infinitiuo aut absolute non ponitur: cum talibus acc., qualis est *artem* (*id*, *hoc*, similia si posita reperirentur, alius generis essent) ab Augusti demum aetate poni coeptum est, maxime a poëtis. Accedit, quod Cic. supra de Aesopo, quocum h. l. ipse se comparat, dixerat: „ut ei *desinere* (sc. fabulas agere) per omnes — liceret". Sic h. l. absolute dicendum fuit: „libenter mehercule *desinerem* (sc. causas agere) tecumque — uiuerem". Sed tamen, quoniam apud Terentium Heaut. II, 2, 64 nunc legitur „mulier *telam* desinit" (Westerh. ed. min. *deserit*; utrum sit in cdd., nescio), ego *artem* non deleo, sed uncis includo. —. IX, 16, 3, ubi Or.: „quod si *id* possem, non recusarem", certe sic scribendum fuit: „quod, si [*id*] p., n. r." Apertissimum est enim Ciceronem hoc dicere, famam ingenii abiicere, si posset, se non recusaturum esse; quod si dicit, *id* (quod Man. parum recte ad *effugere dictorum offensionem* refert; Cic. enim *poterat* eam off. effugere, si f. i.

quam quoi dederam. Quum *quoi* post *quam* excidisset, ex *dederam (deram)* post *darem* factum est *darem*.

---

a. non recusaret, atque sic certe *illud* dicendum fuit) insolito pleonasmo additum est. Nam totum illud *quod si* coniunctionis instar h. l. esse non potest: requiritur pron. ad *fama i. abiic.* simpliciter relatum. Recte igitur L., 1, 2: *quod, si p., n. r.* (Cf. Att. III, 23, 4, ubi uulgo sic interpungitur, quasi *Quod* sequentia *si* — *uterentur* cum praecedenti sent. coniungat, ac non simpliciter pronomen sit ad *caput* relatum: quamquam, ut suspicatur Madu. (in literis supra laud.), Cic. fortasse sic scripsit: „in l. n. esse e. caput te non fallit, *quo*, si opus esset, omnes — uterentur". Ceterum *id* mihi ex - *i* et *p* - (quae litera in Md. quoque non raro cum *d* confunditur) natum esse uidetur. — Notum est in Epp. pluribus locis, quum Cic. ipse mensis nomen non posuisset, falsum ab interpolatoribus esse additum; cf. Madu. Op. Ac. p. 164. Sic XVI, 7, ubi falso in Md. est *Nou.*, Cic. aut, ut ego suspicor, nomen mensis non posuit aut scripsit, ut ex Urs. coni. nunc legitur, *Dec.* Scilicet interpolator *Nou.* ex superiore ep. petiuit. Eodem modo XIV, 14, 2, ubi Or. ex Md. *VIII Kal. Quintil.*, ne commemorata quidem Sigonii coni., legendum esse *Febr.* (cf. Manut.), mensis nomen ab ipso Cic., ut in ep. 18. omissum, falso ex ep. 13 suppletum est. XV, 3, ubi Or. sine uar. M. CICERO *IMP.* —, iam Man. uidit delendum esse IMP. ex sq. ep. falso additum (cf. tit. ep. 6.), quod Sigon. in PROCOS. mutari uoluerat. XV, 12, scripta eodem tempore atque adeo, ut Sigon. suspicatur, die, quo ep. 7, 8, 9 ɔ: inter III Kal. Sept. et XI Kal. Oct., antequam Cic. Imp. appellatus est, Sigon. uidit, in titulo *IMP.* falsum esse: scribendum est PROCOS. Librarius scripsit *Imp.*, quod sic esset in sup. ep. et in sq., ut in ep. 7, quae in Md. nonam sequitur, *M.* MARCELLO, quod ab Or. restitutum esse mirere, pro *C.* M., quod in nonae tit. sic esset. Contra II, 7 (scripta, quum Curio iam tr. pl. erat, ɔ: extremo m. Dec. 703, et qui

— Paulo post Or. sine uar., opinor, errore typ.: „quae nobis *maxime* uidebantur": C. L., Grut. recte *maximae*.

Ibid. Or. sicut ex L. coni. pro *pro latis* recte scripsit *pro relatis* (*ferre* enim *rationes* pro *ref. rat.* Latini non magis dicere potuerunt, quam nos *bringe Regnskab* pro *aflægge R.*, quare Uerr. V § 60 mihi uidetur in meliorum cdd. principe post *es* excidisse *re*, ut h. l. in Md. *re* post *ro*), sic ex Gron. coni. scribere debuit *rationes referre* p. *r. def.* Necesse est enim Ciceronem utroque loco idem u. posuisse: qui hoc dicat, quoniam rationes in prou. relictae instar *relatarum* essent, frustra se Rufum exspectaturum fuisse, ut cum eo conferret, antequam ad aerarium alterum rationum exemplum *referret*; cf. § 2

---

dem sine dubio eodem die, quo Att. V, 20 ɔ: tertiis Saturnalibus = XII Kal. Ian , duobus fere mensibus postquam Cic. Imp. appellatus est) ego pro PROCOS. scribo IMP. (cf. ep. 10, m. Nou. scr.), quod ex sq. ep. titulo correctum fuit. — XV, 17, 3, ubi omnes: *a. d. III. Kal. Ian.*, ego *Ian.* delendum esse suspicor; Pansa enim sq. demum anno (709) in Galliam Cisalp. profectus est; cf. Att. XII, 14, 4; 17; 19, 3: „Pansa si hodie — profectus est", 27, 3 (de quo loco est grauis Onom. Orell. error s. n. *C. Uibius Pansa*), quae epp. scriptae sunt ante aequinoctium uernale (cf. 28, 3) ɔ: ex mendati iam tum anni ratione ante IX Kal. Apr. Itaque interpolatori addendum fuit *Mart.* San-Clementii suspicioni (u. Or. On. l. l.), pro *Ian.* legendum esse *Iun.* quum, quae iam dixi, repugnant, tum id, quod de Cn. Pompeio nondum uicto in ep. 19, qua Cassius ad 18 respondet, legitur, collatum cum Att. XII, 37, 4, in qua Hirtius de Cnaeo uicto Narbone XIIII Kal. *Mai.* literas dedisse dicitur.

init. Quod Or. ad Uerr. l. c. (ed. min.) *rat. deferre* explicat *in tabulario deponere* atque aliquoties in hac ep. ita esse ait; primum *deferre* non est *deponere*, deinde per totam ep. semper dicitur *referre r.*; nam aliud est § 7 dici *tribunos — delatos — deferendos — deferri*. De discrimine uu. *ref.* et *def.* cf. Zumpt. ad Uerr. III § 81, ubi, ut fere fit neque mirum est, cdd. uariant. Infra § 6, loco obscuro, ubi Or. cum C. Ub. scripsit: „Te certe in pecunia exacta ita efferre — non oportuit", quum *te efferre* ita explicaret, ut esset *gloriari*, quasi uero Cic. sic non certe debuerit dicere *efferri* aut: „Certe in p. e. i. *te eff.*" (*te* enim nihil fuit cur in eius sententiae initio poneretur) aut ea sententia cum sqq.: „nisi — peritiores" (cf. § 3 init.) congruat, ego ex Md. scribo: *T. c. in* † *pecuniae exactae i. e.*, atque suspicor Cic. scripsisse: *T. c. in pecuniam exactam ista* [ↄ: sine dubio illa HS nongenta milia: cf. § 5 „*ista* pecunia" bis, § 9 „*ista* HS centum"] *referre* cet. aut certe, ut in nonn. Lni cdd. correctum erat, „in pecunia exacta ista ref." (cf. § 3 „in *rationibus* retuli"). Nota est frequens confusio uu. *ista* et *ita*, neque uero magis mirum est, si h. l. *re* in *ef (e)* deprauatum est, quam I, 2, 1 *commouere* in *rem.*, aut VII, 17, 2 *ultrodetulerim* (ut ex necessaria L. corr. legendum est, cf. 5 § 1 *polliceri*, XIII, 55, 1 *ultro — detulerim*, IV, 13, 2, Hor. Ep. I, 12, 23, alia) in *ultroadt.* (*afferre* sic de *pollicendo*, *tribuendo* numquam dicitur), aut XII, 25, 5 *uita adfert* (ut ex Terentio necessario legendum est) in *uitam defert* (*deferre* numquam sic pro *(secum) afferre*, *ferre* neque dicitur neque dici potuit). Frequentis terminationum *a* et *ae* confusionis unum hic ponam exemplum. Q.

F. I, 3, 2, ubi Or. ex marg. 1584 scripsit: „non fuisse *iracundiam in causa*", (Md. *iracundiae causa)*, ex L. scribendum est: *iracundiam causam.* Cf. Lael. § 8, de Fato § 34 (ter), p. Caelio § 18, Att. I, 13, 3 (ubi ex Md. legendum est: „ne haec — defensa — malorum causa *sit;* uulgo *sint*; sed, ut constat, uerbum praedicati ad propius praedicati nomen recte accommodatum est, ut II, 6, 1: „γεωγραφικά, — magnum *opus est*"*)*, alia. Locutionis illius, quae est: „Res in causa est", Ciceronianum exemplum ego nullum memini nisi F. I, 1, 1: „In causa haec sunt" (quae tamen uu. fortasse etiam aliter explicari possunt; u. Man.): ubi Cic. neque *Causa haec est* neque *C. h. sunt* apte dicere potuit. Notum est Latinos dicere, ut *Quid* (*nihil* cet.) *causae est*, sic *id c. e.*, ut Att. XV, 7, 1, Fam. I, 7, 1, Fat. § 34. Quibus in formulis quum Or. *causae* Datiuum esse crederet, Att. XV, 5, 2 ex sua coni. scripsit: „ut mihi *causae* sit, cur nolim, *ne* in uideam", quod i. Md. esset: *causa esset.* Recte Man., L. B. sqq. *causa sit;* cf. Fin. III § 8: „*causa* — fuit huc ueniendi, *ut* promerem". Si quidquam in Md. *esset* latet, (cf. 18, 1, ubi Md. contra *sit* p. *esset*), nihil esse potest nisi *causa ea sit;* cf. VIII, 12, 1, ubi tamen *ea* necessarium fuit, quia sequitur: „sed etiam *haec* iustior".

Ib. § 3. Ciceronem ad id, quod Rufus de Uolusio scripserat, refellendum transeuntem non potuisse scribere: „*Quamobrem* de U. quod scribis —" quum uideret L., deleuit *Quamobrem*, ut ortum ex praecedenti *haberem.* Orellio id u. certe uncis includendum fuit.

Ib. § 4. Man. uidit a Cic. non potuisse scribi: „legatum meum praefectumque Q. Leptam". Is deleuit

Q. Leptam: ego scribo: *legatum meum * * p. Q. L.:* multo enim probabilius est post *meum* excidisse nomen unius IV Ciceronis legatorum (ut *M. Anneium*), quam ab interpolatore aliquo *Q. Leptam* esse additum. Nota Rufo legati et praefecti nomina cur Cic. non adderet, nihil magis causae fuit, quam cur § 2 fratris Rufi nomen *(M. Mindium)* non poneret. Similiter paulo post in Md. post *excogitatam* excidit *ne cogitatam.*

Ibid. post „liberalitatis, *quod* manis —: diligentiae, *quod* existimas —" nulla causa fingi potest, cur Cic. uariata structura scripserit: „prudentiae, *quum* — putas". Recte L. pro *quum* temporali (quod ne per se quidem ipsum tam aptum est) reposuit causale *quod.*

Ib. § 5. N. C. L. recte, ut de una re, scripserunt *hoc* pro *haec (hec).*

Ib. § 6. Recte L.: „*Sicut* scribis, t. c. e. r., *item* [ceteri *idem*] ipse sentio". *Idem* ita demum rectum esset, si praecederet: *Quod* scribis —. Contra 14, 1, ubi est, *quod item nunc* [Lucceius, opinor, certe scripsisset *etiam nunc*] *miror*, ego scribo *idem.*

Ibid. uehementer miror praeter Beng. et B. neminem intellexisse uerissimam esse Med. scripturam: „addes enim tu *meo iussu* [sc. te pec. deposuisse], quod ego, *qui* non addidi, nec causa est cur negem, nec, si causa esset et tu nolles, negarem". ɔ: id autem cur ego, qui ea uu. non addidi, negem, causa nulla est, nec —. Or. luxatam eam constructionem esse dicit: tu cf. Att. VII, 17, 2: „quae ille amentissimus fuerit nisi acceperit", p. Deiot. § 41 (Quod — timuerunt), Phil. V § 19 (Huc — dixit), Fam. IV, 2, 1 (quod — egerunt), X, 8, 4 (tum — peric.), XIII, 5, 3 (quidquid — existimes) atque lege Madu. ann. ad Fin.

V § 16 de sententiis inter se [nostro quidem loco necessario] implicatis. Uulgo ex nonn. interpolatis cdd. scribunt: „quod ego *quidem* n. a.; nec —", quum ne illud quidem animaduertant, sic Ciceroni scribendum fuisse: — *a.; sed nec — nec* cet. [1])

---

[1]) Att. IV, 15, 8 legitur sine uar. „quae [comitia trib.] si, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit quam omnes *quidem* iudices". Scilicet editores non curabant, quid *quidem* significaret: quod si uerum esset, absurde diceretur: — *omnes quidem certe* (saltem) *i.* Ecce in Md., uno cd., de quo quidem constet, est *q. omnesque i.* Quod quid sibi uelit, ut uideas, cf. Q. F. II, 15, b (scripta eodem tempore ac fortasse die, VI Kal. Sext.) 4, ubi de eadem re legitur: „Quae — comitia si gratuita fuerint, ut putantur, plus unus Cato *fuerit* quam *omnes leges omnesque* iudices". Uides illo loco ante *omnesque* excidisse *omnes leges:* uides etiam hoc pro *fuerit* ex Faern. coni. legendum esse *potuerit.* Primum enim nulla causa fuit, cur Cic. cetera uerba eadem poneret, in uno uariaret. Cf., ubi etiam plura nihil uariata leguntur, Fam. XIII, 44 et 74, Att. XIII, 49, 1 et Fam. VII, 24, 2. Deinde *esse aliquid, nihil, quid?* interdum ita positum legitur, ut fere sit *posse aliquid* cet. (ut F. VII, 27, 2, Att. IV, 2, 2): *multum, plus, plurimum esse,* quantum memini, non item. Quam facile post *-to* ex *potuerit* factum *fuerit* sit, nemo non uidet. Contra Q. F. I, 2, 3, ubi Oı. sine uar.: „in sermone ita *protulisse*", Md. autem *potuisse*, scribendum est *posuisse.* De *ponere in sermone, oratione, literis,* al. cf. Schell. Lex. p. 8127, Madu. ad Fin. V § 73. Eodem uitio, quo Att. IV, 15, 8, laborat quod legitur ib. XV, 20, 4: „mihi autem opus est uniuerso *quidem.* Etsi —"; opponitur enim per se ipsum *uniuerso* superioribus „ex praediis, *ut cadet*". Ego scribo; *uniuerso.* †. *Quidem, etsi,* —, incertus, scribendum sit *Equidem* (cf. 17, 1 *Ego — cogito*) aut *Quod* (cf. *Quod nisi* XIII, 45, 2, XVI, 5, 2) an *quidem* ex superiore *Equidem* repetitum.

Ibid., ubi Or. ex Md. scripsit: „quoniam † de logaeo parum *grauisum* est", ex Egnatii coni, a Man. non improbata, ab Or. ne commemorata quidem (in quam ego quoque sponte incideram) scribendum est *prouisum:* repetitur enim, quod Cic. supra § 5 de eadem re dixerat: „Illud me *non animaduertisse* cet". atque opponitur: „si quid — *etiam nunc corrigere* possim". Corradi et Sch. *gratum uisum*,, quod Orellio placebat, parum aptum est, neque Cic. dixisset *g. uisum est*, sed *tibi g.* fuit.

Lib. VI.

Ep. 1 § 4, ubi omnes: „si est spes *aliqua* rebus communibus", ego ex Md. scribo: — † *aliquae r. c.* Forma *aliquae*, quam apud Lucretium IV, 264 metrum tutatur, Cicero usus esse non uidetur: quamquam etiam 20, 2 in Md. est *aliquae res.* Ego suspicor Ciceronem scripsisse: — *aliqua* de *r. c.* ɔ: si e. s. a., fore aliquam rem p. Praecedit contrarium: „perditis rebus omnibus". (Cf. § 6: „aut *aliqua re p.* — aut *perdita* —".) In hanc sententiam Cic., ut dicit „nihil boni *rei p. sperare*" (Att. I, 13, 2) atque *desperare saluti*, *rebus alicuius*, al., sic *spes est rebus c.* dicere uix potuit.

Ep. 2 § 1, ubi uulgo recte legebatur: „ut, qui ad te *proficiscantur*, scire non possim", Or. praue ex Md. scripsit *proficiscatur:* quasi uero tantum *unus* aliquis ad T. profectus sit. De *qui* pro *quis* a Cic. sic uix posito dixi nuper in censura Borgenii nostri Gramm. Lat.

Ib. § 2 rursus praue ab Or. restituta est Md. scriptura „eos, quos *adiuisti*". Pompeianos enim T. non *adierat*, sed usque ad pugnam Pharsalicam *secutus erat*: in quam sententiam ne „*ad* aliquem adire" quidem dici potest. Accedit, quod Cic. quidem uu. ex *ire* compositorum plenis tempp. perfectorum formis non utitur. [1]) Recte igitur ante Or. uulgo legebatur *adiuuisti*: quod uerbum Uictor. in Md. per unum *u* scriptum semper legi testatur.

Ep. 3 § 3 corruptum est, quod sine uar. legitur: „Idque *quum* optime *perpexi*, tale uideo, ut — ". *Quum* neque proprie temporale (naar) esse potest, neque causale (eodem modo positum, quo IV, 5, 4 „*quum* — iacent" et fortasse XI, 10 2 „Hoc *quum* — meminit"; cf. Madu. ad Fin I, 4, 10) esse potest. Ego, quoniam ne *quoniam* quidem aptum est (nullus est enim sententiarum causalis nexus) ante tale addo *tum*.

Ep. 4 § 1. Absurda est Orellii defensio Md. scripturae: — *uidemur secus* („sc. intelligere —"): Cic. sic, opinor, certe dixisset *u. s. existimare* uel simile quid. Recte Ub., 2, non improbante ipso Or., *uidetur s.* (ↄ: u. bellum diuturnum fore). Post *uidemur* non mirum si in Md. *uidetur* in *uidemur* est corruptum.

---

[1]) Q. F. III, 1, 24, ubi Or. sine uar.: „Gabinius a. d. IV. Kal. Oct. noctu in urbem *introiuit*: et hodie — paene afflictus est", quoniam in Md. est *introierit*, Cic. scripsit *introierat*, plusquamperfecto de re *pridie* facta recte posito, quum de eo, quod eodem die factum erat, sequeretur *paene afflictus est*. — Att. V, 18, 1, ubi recte legitur, *transierunt*, ex uno Md. enotatum est *transiuerunt*: quod contra sexcenta breviorum formarum exempla nihil ualet.

Ibid. Melius fecisset Or., si in contextu reliquisset corruptam Md. lect.: „non quo sed *quod* difficilis erat coniectura", ac non ex sua coni. scripsisset: „non quo — — sed quid? diff. cet", mira aposiopesi, qua intelligendum relinqueretur non solum quid id esset, propter quod Cic. aliquid iam actum *putare posset*, sed etiam cur ita putaret; nam uu. *sed, quid* (actum esset) — *coni.* superioribus: „Equidem — aliquid iam actum putabam" ex contrario responderent. Ego ad ceteras hariolationes, quarum Egnatiana (non quo *scirem*, sed quod *haud* diff. —) per se ipsa non inscita est, sed neque post *putabam* apta neque uero cum sqq. *Nam* — *futurum* consentiens, hanc meam addo: *non quomodo* (actum sit ɔ: bellum *acie* confectum esse), sed, *quid* (ɔ: quo proelii exitu), *d. e. c.* Sic Cic. accuratius explicat illud: *aliquid* — *putabam*, additque per *Nam* sqq. causam, cur de illius proelii exitu difficilis esset coni. Cf. 3, 2: „etsi, *quem exitum acies* habitura sit, diuinare nemo potest, tamen et *belli exitum* (ɔ: bellum iam confectum fore) uideo —". De *quomodo* et *quo* cf. Madu. ad Fin. II § 53; Fam. IX, 18, 4, ubi Md. contra *quomodo* pro *quo* cum lin. (ɔ: quoniam); Q. F. II. 2, 1, ubi alter Md. *quo* cum lin. siue pro *quomodo* siue pro *quoquomodo*. [1])

---

[1]) Att. XIII, 21, 5, ubi in Arch. fuit *quom*, recte nunc scribitur „*quomodo*, si sic distinxeris:" — dictum est; quomodo — dicere? Mirifice — ". Cic. hoc dicit: „tu soles scripta mea continere, quum id te rogaui; in libris autem de Fin. hoc nescio quo modo a me praetermissum est". Male Or. suspicatur h. l. et Fam. XVI, 21, 7 (*Quomodo* ego mihi *nunc* — propono?) legendum esse *commodum*. *Commodum* enim fere = *tum ipsum*, gerade,

Ib. § 4, ubi Cic. ea enumerat, quae ipsum consolabantur, sine uar. legitur: „*Adiuuat* etiam (ad me consolandum) — acta iam *uita*, quae quum cursu suo bene confecto *delectatur*, tum *uetat* (me) — timere. —" Lege *delectat* (sc. *me*): sic Ciceronem scripsisse uel *uetat* clamat. Neque uero *Cic.* sic scribere potuit: „*acta uita* cursu s. b. c. (ɔ: *uita* bene *acta*) *delectatur.*" Cf., quod supra est: „in hac — laude *delector*." Notum est autem terminationem *ur*, quae per notam scribebatur, in cdd. haud raro praue non solum omitti, sed etiam (h. l. ante *tum*) addi. Sic VIII, 10, 3 legitur ex Md. quum praua uu. collocatione, tum falsa

---

eben, just) neque Cic. pater simpliciter pro „paulo ante" dicit, sed semper ita, ut respondeat altera sententia, qua tempus definiatur, plerumque a *quum* incipiens, semel ab *ut* (Att. IV, 18, 3), semel sine ulla coniunctione (Att. VII, 2, 5, ubi tamen sine dubio *quom* inter — *no* et *eam* excidit), semel in uu. superioribus latens (Att. XIII, 9, 1), neque facile filius, si, ut Comici, pro *hoc ipso tempore* posuisset, magis, quam illi, ex abundanti *nunc* addidisset. De praesenti indic. *propono* quodam modo pro futuro aut pro coniunctiuo posito cf. Madu. Disp. de emend. Cic. oratt. de prou. cons. et p. L. Balbo P. II. p. 14-15, Att. VII, 20, 2 (quid *ago?* cf. 21, 3 Ego quid *agam?*), XVI, 7, 4 (*Nunc* quid *respondemus?*), 15, 3 (Quid igitur festinamus?), XIII, 40 (quid mi auctor es? aduolone an maneo?). Att. XVI, 8, 2, ubi uulgo legitur: „Nunc t. consilium exquiro. Romamne *uenio* an hic maneo an Arpinum — *ἀ.* habet is locus — fugiam?", nescio an Cic. scripserit: „— exquiro, R. *ueniā* an h. *maneā* an cet." Tantula enim illa parenthesis uix iustam structurae mutandae causam habuit. Cf. de eadem re 10, 2; 13, b, 1 (ubi nunc ex Corr. coni. legitur *putes*). De xz (y. illum lib. non habet) non constat. In Md. quam facile errari potuerit, patet. Cf. tamen p. Quinctio 17, 54.

sententia: „Hoc tibi dico: *si* [Pompeiani siue optimates] omnibus rebus prement Curionem [quem Caesar iam tum defensorem parauerat], Caesar *defendetur; intercessorem* [ɔ: Curionem] *si* — reformidarint, Caesar, quoad uolet [procos. in Gallia] manebit." In contrariis sententiis conditionalibus Latinis non licuit posteriori *si* (= *sin*) ullum suae sententiae uoc., ne quod maiorem quidem aliquam uim haberet (h. l. illa uis in *reform.* inest), praeponere. Hactenus igitur rectius praeter C., Ub., Orellium ceteri: *si interc.* —, sed remanet falsa sent.: „Caesar *defendetur*" — a quibus? Respondet Man. *ab amicis:* quasi Curio amicus Caesaris tum non fuerit aut, si Curio *trib. pl. intercessione sua* Caesarem defendere non potuisset, alii amici ullam eius defendendi facultatem habituri fuerint. Gron. improbata Man. explicatione iubet audire: „*ab ipso Curione* intercessuro, quicquid in Caesarem statuent." Ergo Cic. hoc dicit: „si Curio *intercedens*, ne Caesar Id. Nou. [ɔ: ante diem lege finitam] decedat, ab optimatibus omnibus rebus [tollenda tribunorum intercessione; cf. Caes. B. C. I, 5, 7, Suet. U. Caes. 31] *impedietur*, *intercedet*, q. in C. statuent"! Uides, quam et libere et frustra Ipp. duo illa uu. explicent. Lege: *C. defendet intercessorem: si* — ɔ: „si Curionis intercessio opprimetur, C. ex Gallia redibit armisque intercessorem suum defendet" (ut fecit ineunte anno proximo, quum Curio, Antonius, Cassius sublata intercessione ad eum profugissent, cf. Caes. B. C. I, 5, Cic. Fam. XVI, 11, Suet. l. l.) Cf. VIII, 10, 2, ubi Md. *referretur p. referret.* — Contra F. VI, 13, 2, ubi ex Md. absurde legitur: „Quorum (fratrum tuorum) q. et *uirtute* et *pietate* et

amor in te singularis et assidua et perpetua *cura* salutis tuae tantum *proficit*, ut —" ɔ: *pietate* erga te fratrum *amor* in te (quorum, nisi fratrum? cf. 14, 1 „fratrum tuorum — singularis *pietas amorque fraternus*") t. proficit, U. autem et L., 3, 1, 2 ad sententiam non male, sed audaciore mutatione scripserunt: „Q. q. et *uirtus* et *pietas* cet.", legendum est: „Q. q. et *uirtute* et *pietate* et *amore* — *singulari* et — t. *proficitur*, ut —." Quum *ur* (ante *ut*) excidisset, corrector aliquis subiectum, quod deerat, ablatiuo in nominatiuum mutando effecit.[1]) Notum est uel ex Lexx.

---

[1]) Similiter deprauatum est, quod VII, 5, 3 (ubi Cic. Caesari Trebatium, *primum* ut *probissimum*, *optimum*, *pudentissimum* hominem, commendat) legitur; „Accedit etiam, quod familiam ducit, in iure ciuili *singularis* memoria, summa scientia." In qua scriptura primum offendit „*in iure ciu.* s. m." An uero T. in illa *una* re singulari memoria fuit? Quare alii hactenus rectius distinguunt: *ducit in i. c., sing.* Deinde, siue *quod* coniunctio (weil) est, praue illa causa esse dicitur, cur in Trebatio accederet (in i. c.) singularis mem., s. scientia, quod is princeps (in i. c.) esset, (quasi non contra fuerit); siue *quod* est pronomen (*id quod*), primum Orelliana distinctione parum commode idem illud *caput* commendationis esse significatur, quod *accedere* tantum ad primam commendandi causam dicitur (neque uero iurisperitia Trebatii ad beneuolentiam Caesaris conciliandam plus ualere potuit, quam probitas et pudor, cf. 7, 2) altera autem illa interpunctione aut, si *quod* ad *sing. mem.* tantum refertur, falso memoria in i. ciu. caput esse dicitur, aut, si, ut oportebat, ad totum illud „sing. — scientia", inepta quadam tautologia in iure ciu. (ɔ: in iuris ciu. scientia) summa (iuris ciu.) scientia caput esse significatur, deinde ne Latine quidem dici potest „neque in i. c. sing. — scientia (in aliqua commendatione)

Latine dici, ut „*Aliquid* (*multum*, al.) aliqua re *proficio*", sic passiue: *A. a. re* (a me) *proficitur;* cf. **21**, 1: „quum consilio profici nihil possit." Or. legi mauult „— amore — singulari — *proficit*", in hanc sententiam, ut *cura* sit nominat. („sc. mea et amicorum"), non abl.! cuius structurae duritiem, quam commate post *singulari* posito mollire frustra conatur, quum ipse sentiret, *et* delendum esse suspicatur. Ergo Cic. dicere potuit: *Fratrum* tuorum pietate *cura* salutis t. t. proficit pro: „*F.* t. p. *mea et amicorum* cura s. t. t. p."! Ergo in Ligarii causa fratres, quibuscum Cic. supplicabat, nihil aliud quam amorem suum declarabant, Cicero ceterique amici soli curam in eius salute adhibebant! Hoc loco Cic. fratrum tantum assiduam curam laudat: infra § 4 suam curam et operam fratribus non defuturam pollicetur. Abstraxit, opinor, Orellium a uera ratione falsa illa, quam conceperat, opinio, Ciceronem duplex *et* (*et* ass. *et* perp. c.) ita diuersa ratione non ponere, quam in Obss. ad Sestian. p. 64 refutaui (cf. Att. 7, 7, 6, Fam. VII, 6, 1, Fin. II § 81, III § 73, I § 63, 64).

---

familiam ducere neque „sing. — scientia in iure ciu. *fam. duc.*" Ducere familiam (perditorum Antonii amicorum) *L. Antonius* Phil. V, 11, 30 apte dicitur, qui mirmillo Mylasis depugnasset. Fin. IV, 16, 45 paulo liberiore translatione illa *sententia* (in Stoica secta) familiam ducere (ɔ: primaria esse et quasi dux ceterarum) dicitur, „honestum quod sit, id esse solum bonum", sicut in certa aliqua iuris ciu. schola primarium aliquod *praeceptum* fam. ducere dici potuit. Scribendum ita ac distinguendum est, ut in c. est: „A. e., quod (dass) f. ducit in iure ciu. [ɔ: Treb. in i. ciu. principatum quendam tenet] *singulari* (sua) mem., s. sc."

Ibid. „*Equidem* mihi omnia (mala) propono —. *Sed* quum plus in *metuendo* mali sit, quam in ipso illo, quod *timetur*, *desino*." *Desino* — quid facere? „Mihi omnia proponere"? At id ipsum Cic. se tum facere ait. An *timere?* At id uerbum in illa oppositione ex *metuendo* aut ex *timetur* audire non licet. Ipp. et Critici silent; ego scribo: *timetur* * *desino*. Excidit post *timetur* siue *timere* siue potius *metuere*.

Ep. 7 § 4, ubi Caecina se, quid sine Caesaris offensione scribere posset, incertum, secum sermocinantem fingit, Or. sic distinguit: *Age uero*, *laudo* [= *si* uel *quum l.*] *aliquem: „num offendo* [Caesarem]?" „*Quum porro offendam?*" *Quid? si non uult?*", quum hac distinctione se locum antea obscurum iuuisse putet. Mira quadam interpretandi arte [1]) post *num offendo?* audit: „Non spero quidem, sed tamen fieri potest", uu. *Q. p. off.* ita explicat: „*Quid autem inde sequetur*, *si re uera eum* offendam?", sqq. autem sic: „Quid? si *omnino* non uult *laudari*

[1]) Eadem Or. abutitur infra § 6 in *onus* (quod quum ipsum, quod in exceptione sequitur, *onus* satis tutatur, tum superius illud „Totum — *sustineas* op.") a Mart. correctione (*opus*) defendendo. Quum enim falso oppositionem sententiarum in uu. *munus* et *onus* poneret (quae synonyma sunt, nisi quod *onus* grauius est), in explicatione sua, ut eam, quam uellet, sententiam Caecinae uerbis extorqueret, post *tui* addit *ipsius*, post *onus* autem „ab amico tibi impositum." Non animaduertit U. D. in uerbis: „non *hoc* esse tui muneris, si quid [a filio pro me, cf. § 5] rogatus fueris, *ut* facias" *ut facias* non pendere ex *rogatus*, sed appositum esse pronominis *hoc*, neque intellexit per *non* (= non *modo*; non dicam) — *sed* uu. „*hoc* — facias" et „*totum* tuum esse onus" inter se opponi. Cf. § 5 et 5, 1.

eum, quem laudaui." Uides, quid Or. de suo addiderit: uides, quam inepta sic exsistat tautologia uu. *num off.?* et *Quid — uult?* Tantum uiderunt Man., Gron., Martyni — Lag., Sch., in uu. *Quum p. off.* inesse aut latere, quod contrarium esset superioribus: *Age — aliquem,* atque uu. *n. off.* et *Quid — uult* inter se opponi. Recte igitur ante Or. ita destinguebatur: *Age — aliquem; n. o.? quum p. o.* [aliquem], *q. si n. u.* [eum offendi]? Gron. *offendam* ita explicat, ut sit: „scribam aliquid in alicuius praeiudicium aut contumeliam": sed sic *offendere* intelligi non poterat, praesertim post *offendo* aliter positum. Man. quoque *laudare* et *offendere* recte inter se opponi putabat. Uerbi *laudare* contrarium est *uituperare* aut simile aliquod. Ego igitur sic scribo: *Age — aliquem: n. o.? q. p. † off., quid si n. u.?*, atque suspicor, in *offendam* latere *reprendam*, errore librarii ad superius *offendo* aberrantis sic corruptum. Quae sic quoque manet inaequalitas futuri *reprendam* inter *laudo — offendo* et *uult* positi, fortasse Caecinae scribendi generi tribuendum est: potest tamen fieri, ut aut *uolet* pro *uolt* scripserit aut *reprendoaliquem quid.* Ceterum de part. *porro* transitum ad aliquid contrarium, ut h. l., significante cf. Zumpt. ad Uerr. 1 § 149.

Ep. 8 § 2: „*quid* sim tibi auctor: in *Siciliane* subsidas *an ut* — proficiscare." Sine dubio post NE excidit VT. Anacoluthiae causa nulla fuit.

Ep. 17 § 1. Cic., si scripsit: „Quum *ceterarum rerum causa* cupio e. a. rem p. constitutam: tum uelim mihi credas *accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuum,* quo in litt. uteris", durissime scripsit.

Apertum est enim eum hoc dicere: quum ceteras res facere, ut re p. const. uellet, tum quod Bith. re p. constituta secum uicturum promisisset: in quam sent. sic scribendum fuit atque, ut opinor, a Cic. scriptum fuit: „— accedere [ad ceteras causas] *etiam*, *id* [ɔ: ut res p. aliq. constituta sit] *quo* [ut eo] *m. exp.*, *pr.* —.[1]) In uulg. lect. primum *expetam prom. t.* offendit ita positum, ut sit: „e., ut id fiat, quod promisisti", deinde „acc. *id*, *quo magis e.*" pro *a. id*, *ut expetam* aut pro. *a. id*, *quod expeto* dictum. Nam ad *acc. quo magis* defendendum parum ualebunt hi loci, quibus post uerba actionem aliquam aperte significantia *quo* cum aliquo comparatiuo quodam modo pro *ut* positum est: X, 33, (Pollionis) 1: „Quo tardius certior fierem —, Lepidus *effecit*", XI, 28 (Matii) 8: „eum — quo magis iure colere — deberem, *fecit*", I, 4, 2 „quo minus disc. fieret, per adu. tuos esse factum" (cf. III, 7, 6 „illud *non perficies*, quo minus — uelim", de quo l. uide Madu. ad Fin. II § 79, Caes. B. C. 1, 41 „per Afranium *stare*, quominus —" cum Heldii ann., Tac. Ann. 1, 14 „quo minus —, ea *causa* fuit —", 4, 51 „quo minus —, *subuenit*"), XII, 16 (Trebonii), 2 „— *cohortari* —, quo in dies longius — procedat (= XIV, 7, 2 *cohortarer* uos, quo animo fortiore essetis; cf. Att. XI, 6, 3 hortantur, *ut magno* animo sim), XII, 30, 5 „nihil (ɔ: omnino non) tibi *concedo*, quo[2]) studiosior e. sis"

---

[1]) De transpositionibus Md. supra dictum est. Sch. in eandem sent. audacius *etiam* deleuit.

[2]) Similem pron. rel. usum haec habent: X, 3, 2 „nemini *concedentem*, qui — potior possit esse" (= IV, 3, 1 ne-

(cf. VII, 23, 4 si tibi *concedo, ut* — cupidior sis). Neque uero statuere licet Ciceronem *quo m. exp.* ita posuisse, quasi praecederet non *acc. id. e.*, sed „me eo magis id cupere". Fieri tamen potest, ut Cic. paulo durius *prom. t.* pronominis *id* appositum esse uoluerit, atque in *expetam* ex superioribus intelligi *esse — const.* Sic ad Ciceronis sententiam restituendam satis esset comma post *exp.* ponere.

Ep. 22 § 1. Or. sic legit ac distinguit: „Haec [*tanta mala*, quae *tum erant*, quum Dom. in Italiam uenit] quamquam nihilo meliora sunt, nunc *etiam* at-

---

mini *concedo,* qui maiorem — traxerit), XII, 14 (Lentuli), 4 *darent negotium* (aliquibus), *qui* — (cf. Att. XIII, 8 *alicui* des negotium, qui quaerat = Q. F. II, 6, 5, Fam. XI, 26 (D. Bruti), Nep. U. Dion. 8, 2, Suet. U. Neron. 34), Caes. B. C. I, 3: „Pollicetur L. Piso *sese iturum* ad C., item L. Roscius, *qui* de h. r. eum doceant", Pseudo - Brut. Epp. I, 16 „*rogaremus* alterum, *qui* — pateretur". — Haec et superiora nihil ualent ad id defendendum, quod legitur Att. VIII. 15, A (Balbi), 2: „illum *tanti* facio, *qui* non Caesarem magis diligam". Recte L. (de yxz siletur): — *ut non* —; cf. IX, 7, B (eiusdem Balbi), 3: „te — tanti facio, *ut* paucos aeque — caros habeam". Aberrauit fortasse librarius ad sqq. „*qui* si p. e.", ut XV, 5, 2 (ubi Md. *ut* p. *cur*) ad sup. *ut*, Fam. XIII, 8, 3 (ubi C., L., 3 recte *cum ego* —, Or. ex Md. nescio quam in sententiam *ut ego* —; cf. § 1 „quanti — debeam") ad sq. „Quod *ut* f." Quamquam VI et QVI per se ipsa facile confundi potuerunt. Cf. XVI, 15, 1, ubi Md. „facere —, *cui* i. oderim" pro *ut*, 7, 6, ubi x z recte *nisi ut*, Md. *n. quod*, XV, 14, 2, ubi Md. *ut tum* p. *cuius*, VIII, 2, 1, ubi Md. *huius* (*hui'*) pro *cum* (Ern. audacem coni. Orellio probatam refellere nihil opus est). —

que etiam multo desperatiora", praue *nunc* a *sunt* distrahens, quasi, quod *est*, non *nunc sit*, sed *fuerit*, et inauditam illam formulae *etiam atque etiam* significationem confingens, ut sit *in dies*, atque pro *sunt* explicando *fiunt* substituens. Recte L. (1584), 4. 2.: „— sunt nunc, atque etiam m. d." Prius *etiam* ex sqq. errore petitum est, sicut VII, 1, 1, ubi uulgo legitur „tu *ex* illo cubiculo tuo, ex quo — patefecisti Misenum, p. e. d. m. tempora lectiunculis *consumpseris*", Manutio et Or. *prospiciens* audientibus, [quasi *Cic.* huiusmodi quidquam dicere potuerit: „ex cubiculo meo *tempus legendo consumo*", aut prospectus ille, quem M. ex suo c. habebat (sc. quum non legeret), uerbis *ex quo* — *Mis.* non satis significatus sit], Sch. autem ex Lallem. coni. recte scripsit: „tu *in* i. c. —", *in* propter sq. *ex* in *ex* deprauatum est.

Lib. VII.

Ep. 2 § 1. „Sed *eo* uidisti multum, quod —". Non dubito quin Cic. scripserit *S. in eo* cet. *Multum* (parum, nihil) *aliqua re uidere* pro *m. in a. r. u.* neque dicitur neque facile dici potuit. *Eo* significaret causam Marii prouidentiae, non materiem.

Ep. 3 § 2. Or. sine uar. „Primum neque m. *copias* n. b. [sc. *offendi*]: deinde extra d. paucosque p. — de principibus loquor — *reliqui* — crudeles —: m. a. *aes* alienum — uir. Quid quaeris? *nihil* boni praeter c. *Quae* quum *uidissem* —". Mihi persuasum est Ciceronem scripsisse *reliquos,* in quam coni. iam „alios" incidisse ex Graeuii U. L. nunc uideo. Breuissima enim illa parenthesis causam nullam habuit,

cur Cic. ab incepta structura declinaret, quasi praecederet: *magnae copiae erant* —, et sequitur ad superius „uitia multa — offendi" repetendum: *Quae* q. *uidissem*. Librarius siue, quum orationis cohaerentiam non uideret, propter ambigua, quae sequuntur, *rapaces* — *crudeles*, scripsit *reliqui*, [1]) siue, ut saepissime, in terminatione errauit.

Ep. 25 § 1 uulgo legitur; „Uideris enim [quoniam „me mones"] mihi uereri, *ne*, *si* istum *habuerimus*,

---

[1]) Haud dissimile mendum Madu. in literis saepius laudatis correxit. Legitur XI, 27, 5 sine uar.: „In *maximis rebus* quonam modo gererem me aduersus Caesarem, usus tuo *consilio* sum. In *reliquis officiis* cui tu tribuisti — praeter me, ut domum uentitares —?" Ad quam lect. refellendam (silent Ipp.) satis est monere, primum uerbis „in m. *rebus*" parum recte respondere „in r. *officiis*", deinde (quoniam praecedit: „*Quid* defuit nostrae familiaritati?") *In r. o.* absurdum esse, siue sit „Inter reliqua off." siue „Quod ad r. o. attinet", quippe quum *unum* solum officium fuerit, quod Matius domum Cic. uentitaret. Scripsit Madu.: „In *max. r.*, q. — C., u. t. *consilio* sum, in *reliquis officio* [Dienst, Dienstfertigkeit]. Cui cet.?" Propter *reliquis* mutatum *-o* in *-is* esse quis non uidet? Sic Q. F. III, 2, 3, ubi Or. nescio in quam sententiam ex Md. scripsit: „*Magna res* [quaenam?] in motu est", L., 1. 2 recte: *Magno r.* (die Sache, accusationes illae) *in m. est* (magnum rei p. motum affert); cf. 1 § 7, ubi Md. *eum* — *otiosum* p. *otiosus*, II, 15, a. 2, ubi Md. *quum* (sic. leg.; Or. *tum*) *equis*, *tum uiris* p. *uero*, 2, 1, ubi Md. „consulibus habentibus" p. „consulum (coss.) habenti", I, 1, 3, ubi Or. ex Md.: „ — cogitationem ad *excellentem* in omnibus rebus laudis cupiditatem incitaris" (quid est *cup. in o. r. excellens*? an est *uehemens*? at uehementia cupiditatis uerbis „omnem — cogit. incitaris" satis declarata est), Ern. probante Orellio recte *excellentis*.

rideamus *γέλωτα σαρδάνιον*". Quid est *si istum habuerimus?* Man., qui superius *mones* ita explicat: „ne iocemur in Caesarem", haec sic interpretatur: „Si Caesar dominabitur". At primum *aliquem habere* id significare non potest nisi addito *dominum*; deinde Caesar iam tum (paulo ante suum ex Hispania reditum) dominabatur; denique *istum* de *Caesare* dictum esse non potest, ad quem sqq. uerbis „Sed heus tu — *magister* adest citius —" fit transitus. *Istum*, ut Corradus quoque uidit, dicit *Tigellium*, de cuius *ira* agitur ep. 24 paulo ante scripta (cf. Att. XIII, 49). Illum hominem, Caesaris delicias, Gallus Ciceronem monuerat, ut caueret. Sed ne de eo quidem *habuerimus* sic nude positum ullam habet explicationem. Ego ex Md. scribo: „uereri, † *nisi* i. h. —", incertus, utrum Cic. scripserit, ut Uict. suspicatus est: *ne*, *nisi i.* (ɔ: Tigellium; U. quoque praue Caesarem intellexit) *cauerimus*, an, ut mihi in mentem uenit, quum *ne* ante *ni-*, tum *placatum* post *istum* exciderit. Cf. de eadem re Att. XIII, 51 (eodem tempore scr.): „*Tigellium* totum mihi (sc. *placa*) et quidem quam primum: nam *pendeo animi*".

Ep. 26 § 1. Or. ex Md. U. B. praue restituit: „magis tuum officium desideraui, quam *te requiri* putaui meum". An Cic. aut antiquior quisquam prosae orationis scriptor „hoc *me* requiritur" pro „h. requiro" siue *h. a me requiritur* dixit? De Uerr. III, § 60 supra (ad F. II, 17, 7) dictum est. Excidit post *qua abs* (quod cett. edd. addunt) uel potius *a* (cf. ad I, 9, 21), ut IV, 13, 5, ubi uulgo legitur: „*ab* iis ipsis,

quibus tenetur, — impetrabit, [1]) L. autem recte scripsit *ipsis, a qu.,* Uerr. III § 57, ubi cdd. Zumptii praeter Lag. 42 et Uat. *ab* omittunt in „quum *ab* omnibus — metuerentur", Liu. IV, 17, 3, ubi tres cdd. habent „Fidenatibus exceptam" pro *a Fid. e.* (ut est in Flor., aliis). [2])

Ep. 28 § 2, ubi Or. ex Md.: „*intellexi — ex tuo sermone — dicere* te *ex* meis libris animum meum *desiderare*", Ern. et Sch. ex Graeuii coni. *dicere* omittunt, ex Maduigii coni. mecum communicata scriben-

---

[1]) Or. prouocat ad Handium (ad Wopk. L. Tull. p. 7): frustra; u. Maduig. ad Fin. I § 32. Contra ad Att. III, 19, 2, ubi ex Ern. coni. Or. scripsit: „Me tuae litt. nunquam *in* tantam spem adduxerunt, *in* quantam aliorum", cdd. noti alterum *in* recte omittunt; cf. Wopk., Hand., Madu. ll. laud.

[2]) Uel posteriores prosae or. scriptores praepositionem sic omisisse non uidentur. Ruddim. II. p. 212 ex iis duo habet exx.: Senec. Contr. II, 1: „contra S. Maximum, *quo* premebatur — "; sed in Exc. recte est *a quo*, et A facile post M excidit; Tac. A. III, 20 *desertus suis*; sed primum quis praestiterit in Flor. non excidisse *a*, ut apud Liuium XXXV, 30, 1 in „ET A suis se desertos" nonn. cdd. *a* omittunt („*ab* se desertos" Liu. XXVI, 13, 19, „*a* suis desertum" A. Bell. Afr. 93)? deinde Tac., si ipse praepositionem non posuit, *suis* datiuo casu scripsisse potest, quo is liberius utitur (ut Agr. 2 *Senecioni — laudati,* A. I, 1, 10, XIV, 58, XV, 34, 50, XVI, 18, H. I, 11, al.). Ex Ouidio, qui poëta solus laudatur, tres tantum loci laudantur: Met. I, 747 (ubi tamen abl. „linigera turba" fortasse aliter explicari potest, neque *turba* proprie *personale* nomen est), Her. V, 73 (desertaque coniuge) et XII, 161 (Deseror — Coniuge), quibus locis nescio an Ouidio, ut liberius scribenti, *priuandi* notio ante oculos sit uersata.

dum est: — *discere te ex* — „ɔ: te ex meis ipsius libris eam disciplinam haurire, quae faciat, ut animum meum desideres. Neque enim *intellexit* Cic. ex sermone Curium *dicere* aliquid, neque *ex libris* animum Ciceronis is *desiderabat*".

Lib. VIII (in Md. foede corruptus.)

Ep. 1 § 1. Pro *decedens* cum Lall. ego scribo *disc. Decedere* de simplici *discessu* ne Caelius quidem dixisse putandus est. Cf. de eadem re 3, 1; 6, 2. Idem uulgare mendum 10, 5 ex ipsius Or. (qui h. l. *disc.* improbabat) coni. corrigo. Quum multis locis illa uu. confusa sunt, tum Att. VII, 3, 1 (Md. *discend.* p. *deced.*), XVI, 16, I, 6, 2, ubi ex Madu. coni. scrib. *discessit.* F. V, 14, 1 ego ex Md. m. 1 scribo: „quam † *discesserat,*" probans antiquam corr. „q. *a me* discesseras": in qua lect. tautologia ita demum esset, si praecederet non *Romae*, sed *mecum*; cf. § 2 et 3. Or. ex sua coni. scripsit *decesserat* parum apta aposiopesi.

Ib. § 4 ueram esse H. Stephani coni. *fictum* (Or. ex Md. *factum*) sqq. „*neque* adhuc *certi* quidquam est, neque haec *incerta* — " docere mihi uidentur.

Ep. 2 § 1 ego scribo † *Uide modo, i.* Caelius fortasse scripsit: *Ride m., i.* Sic apte respondetur: „Non mehercules (rideo). Nihil unquam *enim* tam — *indignum* accidit — *obstupui* — *captus* esse".

Ep. 3 § 1. „et *tibi* saepe, quod negaras discedens curaturum tibi, literas mitto". Ego ex L. coni. Orellio non probata ante *ne* addo *me*, quod ex *uici* intelligere non licet. Intelligi poterat, si sententia ferret,

te. Deinde alterum *tibi*, ut male superfluum et ex sup. uersu repetitum, uncis includo (omiserunt, improbante Or., N. C. L.). „Curare mandatum aliquod" dicitur: „*alicui* m. a. c." non item. Neque Caelius *tibi* ante *l. m.*, sed ante *cur* posuisset [1]).

Ibid. „Atque hoc *ego* diligentius factito, quod —". Sic praue Or., siue ex Md. siue secus (u. Furiae U. L.). *Hoc* ablat. esse dicit. At *factito* obiecto suo carere non magis potest, quam 2, 2 *scripsi* in: Hoc ideo sc., quod —". Ne 2, 1 quidem, quem l. Or. confert, *Hoc* abl. est, sed nomin., quo necessario id demonstratur, quod animaduersum est: „Strepitus —". Recte uulgo legebatur: *A. h. eo d. f. q.:* quam saepe *eo* in *ego* (quod h. l. nihil opus est) deprauatum sit, constat, ut I, 7, 10, ubi Md. „*Quod ego* ad te breuius scribo, quia —", U., Or. (coll. § 8) recte *eo.*

Ibid. „ut mihi non modo *solus* esse, sed Ro*mae*, te profecto, *solitudo* uideatur facta." Sic omnes, nisi quod plerique contra Md. *non modo mihi.* Ego post *modo* addo *ego:* quod ita demum abesse poterat,

---

[1]) Ib. § 2 in critica editione ex Md. scribendum: † *tota;* incertum est enim, Caelius scripserit *tū ita* an *tū tū.* Cf. Att. III, 2, ubi apertissimum mendum a nullo neque intellectum esse neque correctum miror. Legitur: „Iter [quod constituti, siue fugam, cf. ep. 3 et 1] esse molestum scio; sed *tota* calamitas omnes molestias habet". *Tota* quam absurdum sit, spero neminem fore, qui monitus non sentiat. Scribe *tanta* (quanta mea est). Cf. 10, 2: „ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit?"; 7, 2 „— *tanta calamitate* —", 8, 2 „nec tam miserum est quidquam, quod non in nostram fortunam cadere uideatur"; 6; 15, 2 „— in tantas miserias —". Opinor, h. l. superius *totius*, in Caelii ep. sq. *totam* errandi occasionem dedisse.

si, quid aliud Caelius sibi esse uideretur, aduersatiua sent. diceretur. Nunc, quoniam C. totius *Romae* solitudinem *suae* opponit, *ego* necessarium est, quum praesertim subiectum prioris sent. ne uerbo quidem (*uidear*) significatum sit.

Ibd. „Sed tanti? Sed, mehercules". Neque in interrogatione ellipsis u. *est* recta est, neque in responsione *sed* locum ullum habet. Ego suspicor Caelium sic scripsisse: „*Est* tanti? *Est* m." Cf. § 1. *Estne*? —? *Est* —. Ut illo loco Md. *et* pro altero *est* et infra *sed* (set) p. *ut*[1]), sic h. l. pro *est* bis *set*. De

---

[1]) Similiter *est* (*st*) in *ut* deprauatum Or. ex L. coni. correxit ad Att. X, 4, 5, ubi y (hic uitiosa geminatione *ut ut*) x. z. Md. Hur. ɔ: Arch. „quorum *ut* [Md. m. 2 indeque Q. ψ. Helmst. Asc. C. omittunt mendosum *ut*] acta actas". Eodem modo ego, omissis miris Or. aliorumque UU. DD. coniecturis et interpretationibus, emendo, quod ex Md. legitur ad Att. XIV, 7, 2: „— a te peto —, ut uideas, ne quid ei [Ciceroni F. tum in Graecia commoranti] desit [ad usum et cultum; cf. 11, 2]. Id quum ad off. nostrum pertinet, tum ad — dignitatem [cf. 16, 4, XV, 15, 4]: quod idem intellexi tibi uideri *omnino*. Si *ergo est*, uolo mense Quint. in Graeciam. „Sunt omnia faciliora". Sed quum sint ea tempora, ut certi nihil esse possit [cf. 13, 4], quid honestum mihi sit, quid expediat [in Graeciam proficisci an in Italia manere; cf. 5, 2; 10, 1; 15, 3; 16, 3, maximeque 13, 4]: quaeso, da operam, ut illum [Cic. fil.] quam honestissime copiosissimeque tueamur". Fugit UU. DD. per totum h. loc. agi de pecunia filio quam copiosissime suppeditanda. Ego, quoniam in Arch. fuit: *omnino* si *ego'st* [sic z; Md. uulgari errore *ergo*, y alio uitio *ago*] uolo —", una litera mutata sic scribo: „— uideri. *Omnino*, si *ego*, *ut* uolo [cf. 10, 1 Itaque — *cogito*; 12, 2 exire *aueo*; 16, 3 *Cupio* — excurrere in Graeciam], mense Quintili

formula *tanti est* u. Madu. Disp. II de loc. aliq. Iuuen. explic. p. 20—25. —. Att. XIV, 8, 1 Or. ex

---

[post res prolatas, cf. 5, 2] in Graeciam [sc. proficiscor = profectus ero], sunt omnia [quod ad filium in Graecia honeste copioseque tuendum attinet] faciliora [ɔ: facilius, ut in communi uictu, filium sustentare potero]; *sed* cet". Cf. de eodem in G. proficiscendi consilio 13, 4: „Proficiscor, *ut constitueram,* legatus in Graeciam? cet." Retinui *sunt* (cf. F. XI, 14, 3), etsi in xy, ɔ: fortasse in Arch., *sint* esse dicitur; sed propter „ut *uolo*" minus aptum est: „si — (*proficiscar,* profectus sim), *sint* —": Cic. certe dixisset *erunt,* ut Att. X, 6, 2. *Omnino* ego, ut L. (sed in praua lect.) a uu. *quod* — *uideri* (in quibus ea part. nihil loci habet, cf. XII, 28, 3; 29, 2) separatum cum sqq. coniunxi, quippe cui inferius *sed* respondeat. De *omnino* (fere = *quidem*) — *sed* (*s. tamen, uerum tamen*) cf. praeter Schelleri exx. F. IV, 3, 2, X, 25, 3, XII, 9, 2, XIII, 42; 60, 1 (*omnino* — *sed* = *quidem* — *sed* 69, 1) Q. F. III, 4, 1, Att. III, 24, 2, XI, 23, 3, XII, 14, 2; 44, 4, XIII, 2 (ubi ex z, Md. ceterisque notis cdd. legendum *parochus publicus,* uoc. *parochu* ex nullo Latino scriptore citatur, et certe dicendum fuit sing. num. „parochâ publica"; cf. Graecos ll. ab Ipp. laud.), 41, 2; 43; VIII, 18, 3, ubi uulgo ex Md., nonn. Malesp., Helmst., A., C., ɔ: ex uno cd. legitur: „Omnino quid — amico dignum fuerit, quum — esset .... Sed haec non nimis exquiro a Graecis", (inaudita aposiopesi et cuius nulla causa fingi possit), ego ex z, c, B., quibuscum conspirant 3 Malesp. et Regg. h. l., ut aliis, ex meliore aliquo cd. correcti, ɔ: ex Arch., restituo: *Omnino,* quid — esset, *scio* [*s.* in Md., ut sexcenta alia, excidit, idque quam facile inter — *set* et *sed!*]; *sed* h. n. *exquiro* —". Fam. IX, 7, 2, ubi Or. sine uar.: „Ego *omnino* magis arbitror [Caesarem ex Africa redeuntem uenturum] per Sardiniam: *uel* iam sciemus; a. enim D.", ego scribo: — † *uel iam* —. Quid est enim *uel?* Ne *saltem* quidem [de qua significatione part. *uel* Madu. ad Fin. IV § 43 dixit, eiusque ego unum exemplum repperi, Fam. XI, 22, 2 (cf.

A. C. (Furiae notam de Md. Or. parum intellexit) scripsit: „*Reginae* [Cleopatrae; cf. 20, 2, XV, 1, 5; 4, 4] fuga mihi non molesta *est. Sed Clodia* [cuius hortos Cic. ad fanum Tulliae exstruendum emere uoluerat; cf. XII, 38, 4; 42, 1; 47, 2] quid egerit, scribas ad me uelim". Scribendum est ex Md. m. 2 (Md. m. 1, ut cett. edd.; *molesta. Sed* —): *molestast. Cl.* In eiusmodi ad *aliam* rem transitu *sed* uitiosum est: asyndeton usitatum. Cf. Q. F. II, 2, 1, ubi ex Or. coni. *Sed* delendum est, ut ortum ex *se* (cf. Madu. Disp. de emend. libb. de Legg. 1836 p. 19, ubi II § 40 pro „credidit. Sed iam —" scripsit „credidisse. Iam —", coll. § 63, ubi cdd. contra *uidisse* p. *uides. Sed*, ad Fin. p. 819, ubi Att. II, 1, 5 ex Md. m. 1 pro „dictitasset. Sed neque" scripsit *d., neque*), Att. II, 22, 2, ubi post *esset* ex L. coni. *sed* in simplici orationis continuatione uitiosum delendum est, V, 8, 3, ubi ego sic scribo et distinguo: „— uelim; nobis — maiora. *Si* [sic Md.; uulgo male nescio ex quo cd.: *Sed si*; explicantur enim superiora: „Nunc — uelim", et respondet sq. *sin*] — bonis; nihil n. fuerat [sic recte uulgo legebatur ex cdd. notis; cf. Madu. Disp. II de Iuuen. II p. 21; Or. ex Asc. *fuerit*] tanti: *sin* — iudicabis; loqu. c. D.";. XIII, 23, 4, ubi ego

de *etiam* Madu. Op. Ac. p. 397); nam XV, 16, 2, ubi ex U. coni. legitur: „quod *uel* iis ipsa occurrunt", ego ex Md. scribo: „q. † *uelis* i. currunt", magis probans L. susp. „quod, *quom* uelis, i. *accurrunt*"] ne illud quidem, inquam, h. l. commode significare potest. Ingeniosus ille Guilelmius scripsit *p. S. Ueliam: sciemus;* sed sic hiat oratio: Cic. certe scripsit: „Ueliam; *sed iam* sc." Cf. Att. XVI, 1, 2. Potest tamen fieri, ut in *uel iam* nihil lateat nisi *sed iam.*

pro „ceciditque belle. *Sed* casu —" suspicor scribendum esse: *c. b. Scilicet casu* (exponitur enim causa, cur, quod illi remansissent, belle cecidisset, nota est autem confusio partt. *sc.* et *sed (s;)*), ut XIV, 10, 3, ubi sine uar. legitur: „Quod quaeris, iamne ad centena Cluuianum [praedium perductum sit ɔ: iamne quotannis inde mihi redeant HS C.]: aduentare [ad eam summam prope accedere; cf. 11, 2] uidetur; *sed* primo anno [ɔ: 709—710; cf. XIII, 46, 3] LXXX detersimus [ex eo recepimus]", ego, quoniam non contrarii quidquam adiungitur, sed causa, cur ad C aduentare uideri dicatur, pro *sed* scribo *sc.* — De *sit* in *sed* deprauato dixi in Obss. in Sestian. p. 47—48, ubi ex Graeuii coni. Att. IV, 5, 2 pro „Finis. *Sed* quoniam —" scribendum *F. sit Q.* docui (cf. X, 4, 1, et de „*quid ad hoc*, si —" XI, 24, 3). Idem mendum in Md. est VIII, 7, 1; cf. XVI, 3, 4 et 5, ubi Md., sicut IV, 5, 2 et VIII, 1, 3, *sed* p. *si*, XIII, 35, ubi z. Md. contra *si* p. *sed.* [1])

---

[1]) De *est (st)* et *sunt* (*st* cum lin.) confusis cf. Obss. p. 44, Att. XIII, 29, 2, ubi Md. *addenda sunt* p. *addendast.* Similiter *sunt* Fam. I, 8, 3 in *sed* deprauatum Madu. et ego (cf. ad Fin. p. 818) correximus. Idem mendum bis tollendum est F. XIII, 28. Legitur enim § 1: „quae mihi omnia grata, *sed* de L. Mescinio [quod fecisti] gratissimum". Scribendum: „— grata *sunt*, de —"; neque enim apta est aduers part. (dicendum fuit *d. L. M. autem* aut „*quum* omnia g., *tum* de —"), neque sic in relatiuis sent. u. *esse* omitti solet. (Cf. X, 3, 1: „Quae omnia mihi iucunda, hoc extremum etiam gratum fuit."). Ibid. § 2 Or. ex Md. scripsit: „uelim augeas — beneficia *omnibus* rebus, quae te erunt dignae. *Sed duo*, quae te nominatim rogo". Uitiosam esse ellipsin

Ibid., ubi est: „Non multum M. *Octauius* eorum odia, quae *Hirrum premunt*, —, *subleuat*", ego suspicor Caelium scripsisse: „N. m. M. *Octauium* [competitorem meum *ignobilem* et parum gratiosum] — *subleuant*. Apertum est enim his uerbis non iam de Hirri, sed de Octauii petitione scribi, dicique eam Hirri odio non multum adiuuari.

Ibd. § 3. Or. soloece ex Md. „quod [ɔ: cuius modi monumentum] maxime *conuenit*, excogitabis". Recte, ut in pendenti sent. interrogatiua (praecedit: „cuiusmodi *uelim* —, quaeris"), L. sqq. *conueniat.* [1])

---

u. substantiui *sunt* quum L. et Graeu. sensissent, ille *quae* deleuit, hic pro *quae* scripsit *quidem*, uitio, quod *sed* h. quoque l. habet, relicto. Ego scribo: *Sunt duo, q.*

[1]) Cf. Zumpt. ad Uerr. II § 131, meas Obss. in Caelian. p. 18 — 26 *Maduig.* ad Fin. IV § 67. Multos in Epp. eiusmodi indicatiuos ipse Or. partim ex aliorum coni., partim ex sua correxit, ut F. VI, 9, 2, VIII, 1, 2, Att. VII, 12, 2, X, 12, 5, XIV, 13, 2, I, 1, 4, XVI, 13, b, 1. Non paucos uel iam correctos restituit uel corrigendos non correxit, ut IV, 5, 4 (*attulit*; cf. VIII, 16, 2, ubi Md. *intercessit*, Att. VIII 11, 5, ubi Md. „quaeris, quid — *scripsit*), VII, 4 (sumus), XIV, 5, 1 (uenimus), 17 (sunt), VIII, 15, 1 (sum), XII, 15, 6 (ubi ego: qui — *praestiterint* quique — *inierint*; cf. § 2, ubi ego pro absurdo relatiuo *quidquid* scribo *quidque*, ut II, 7, 3, ubi absurde legitur *quamquam*, quasi in *difficilibus* rebus *magnam* curam adhibere opus non sit, ex antiqua corr. legendum est: *quamque*, cf. Att. XV, 11, 2, ubi Md. *quamquam* p. *quomque*), Att. XV, 13, 6 (*paret*; cf. XIII, 18, 1 ubi Md. „uide, quid — *habet*", XVI, 13, b, 1). Contra, ut in relat. sent., F. III, 10, 11 scribendum est *sunt* (cf. XI, 13, 3, Q. F. III, 3, 2), XI, 27, 2 „Multa —, quae — *sunt*".

Ep. 4 § 2, ubi Or. sine uar. *Seruium*, ego ex Md. *Seruaeum* (quod nomen *plebeium* etiam p. Fonteio § 9 legitur). Praenomine quidem solo a Caelio h. l. nemo appellari potuit; additur enim *des. tr. pl.* et sequitur „*C. Curio*". Uulgata lect. a Pighio de *Seruio Pola* intelligitur: at is plene quum a Cic. (Q. F. II, 13, 1) appellatur *Ser. P.* [1]), tum ab ipso Cae-

---

[1]) „X erat Caelio [qui, quum A. 698 de ui lege Plotia ab Atratino apud Cn. Domitium Caluinum accusatus defendente Cicerone absolutus esset (m. Martio extremo aut ineunte Aprili, cf. p. Cael. § 78 cum Q. F. II, 6, 6), a. 700 a gente Clodia in iudicium retractus est, incertum, quo crimine reus factus sit] dies. *Domitius* iudices ad numerum [legitimum] non habuit. Uereor, ne — *Pola Seruius* ad *accusationem* ueniat". Interpp., quos quidem nouerim, hunc *Domitium* praetorem faciunt, apud quem C. sit accusatus, quum Man. et Fabricius ignotum aliquem (Cn.) Dom. esse dicant, Orellius autem (Onom. s. n. *M. Caelius R.*) Cn. Domitium, L. F., Ahenob. (nam s. n. *Cn. Dom. Calu.* errore aliquo post „Cn. D. — praefuit" adscriptum est „ad Q. F. 2, 13, 2"). Ego ex uu. „Uereor [quoniam „Dom. — habuit"] — ueniat" tantum facile intelligi posse arbitror, hunc Domitium, quisquis fuit, non praetorem, sed Caelii *accusatorem* fuisse. Neque uero dubito, quin intelligendus sit ille Cn. Dom. L. F. Ahen., qui IV annis ante Saturninum accusauerat (Fam. VIII, 14, 1); cf. F. VIII, 12 (scr. a. 704), 1, ubi Caelius patrem sibi *inimicissimum* hominem esse dicit. Is tum id aetatis erat, ut neque praetor (cos. fuit a. demum 723; pater autem quadriennio tantum ante a. 700 praetor fuerat) esse potuerit neque iudex quaestionis; iudices enim quaest. nisi homines prouectiore aetate atque maiore dignitate (cf. Garat. ad Plancian. ed. Wund. Prolegg. LXXI) non facile fuerunt. Aedilicii quidem erant C. Uisellius Uarro (Brut. § 264), C. Iunius (Cluent. § 79). Q. Uoconius Naso, qui iudex quaestionis de ueneficiis quae-

lio **12**, 1 *Pola Ser*. Neque uero nisi noti homines solo praenomine significari potuerunt, ut in Cic. Epp. Ser. Sulpicius, P. Clodius, Appius Claudius, Sex Peducaeus. Itaque etiam ad Q. F. II, 6, 6, ubi legitur *Seruius*, ex Md. scribendum est: † *Seuius*. Apud Horat. (Sat. II, 1, 47) uulg. lectionem *Ceruius* Schol. quoque tutatur (cf. Uerr. V § 114).

Ibid., quod legitur, *usque eo*, quid sit, equidem non uideo. Man. esse *uehementer* fingit; neque uero, ut 3, 1, cum sq. *ut*, facile iungi potest; sic enim quod praecedit *illud* non habet, quod sibi respondeat. Fortasse Caelius scripsit: „mihi uidetur illud p. u. cecidisse, quod a reliquis quoque *in eo* animaduersum est, ut —".: propter praec. *quoque* fieri potuit ut ex *in* factum sit *inque*, *usque*.

Ibid. „in euitandis *iis consiliis*, *qui* se intenderant *aduersarios* — ". Absurda synesis: quae frustra eo defenditur, quod Caelius 3, 1 scripsit: „*eorum* [pro *ea*] *odia*, *quae* Hirrum premunt", quod eius generis est, de quo Maduig. ad Fin. II § 39 dixit. Alius generis ea quoque sunt, de quibus idem ad III § 70 disputat. Ne illud quidem simile est, quod Cic. scripsit I, 9, 15: "*illa furia* m. r., *qui* — sorores, i. *est* — *assecutus*" aliaque id genus. Neque uero ulla omnino causa fingi potest, cur Caelius, si *consiliis* scripsit, idem *eorum* scribere noluerit, ut C., L. ediderunt. Mihi tamen lenior mutatio esse uidetur *eorum* ante *euitandis* addere atque *iis*, ut ex —

rebat a. 688, praetor, ut suspicatur Maduig. (de Ascon. p. 129) a. 692 fuit.

is geminato ortum aut, quum *eorum* excidisset, praue additum delere, quam *eorum* ex *iis* facere.

Ep. 5 § 1, „si *hoc* † *more* moderari p., ut — ". Scribendum ex Beng. coni. *modo*. Cf. Att. VI, 3, 9: „moderabor *ita*, ne — ". Uu. *modo* et *more*, opinor, propter compendiorum similitudinem non raro inter se confunduntur.

Ep. 6 § 4. „Si Parthi uos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. Tamen, quoquo modo *hic omnia iaceant*, potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit". Sic omnes ex Md. Primum ex Guilelmii et Or. coni. Maduigio probata scribendum *rigescimus*. Aliud est 2, 1: „*suum* gaudium gauderemus", sim. Adhaesit ex praec. u. E, cuius literae cum F confusio non rara est; cf. X, 15, 3, ubi Md. *eorum* p. *Forum*, XI, 28, 7, ubi Md. *patriae fumantem* p. „p. amantem"; Att. V, 21, 5 (Md. *ea na* p. *fana*), 15, 3, ubi y ex Arch. *Moeragene*, ille cd., unde x z Md. natos esse dixi, *Mofragene*. Deinde ex Maduig. coni. (in lit. citt.) sic legendum: *T., q. m. potuit, sine Parthis Bib.* cet. „Egregie ridet Bibulum" inquit. "Quum dixisset omnia tranquillissima esse nisi quid a Parthis motus accederet, adiungit Bibulum pro sua uirtute ac belli scientia, quamuis difficile fuerit, tamen etiam sine P. exercitus particulam amisisse. *Hic omnia iaceant* [oportuit certe esse *iacent*] repetita ex superioribus [„quomodo *hic omnia iaceant*"] sunt [ut in Md. pro *nos hic* propter sup. *nihil* est *n. nihil*]". Man. „potuit s. P." sic explicat: „commodum fuit (optamus) uos esse sine P."!

Ep. 7 § 2 „nondum retuleras?". Ego scribo: *n.* † *r.*, ut cui audacissima Or. explicatio (*retul.* esse, „r. quasi in rationes tuas, *diuinaras*") minime satisfaciat.

Ep. 8 § 1. „C. Sempronium Rufum, Rufum". Alterum *R.* certe uncis dignum fuit. Man. Rufi nomen a Caelio iteratum opinatur, quo magis indicaret, de quo loqueretur: quasi plenum nomen, et quidem additis uu. „mel ac delicias tuas" ad eam rem non suffecerit. Atque uel sic dicendum fuit: *R.*, *istum R.* Cf. de Md. geminationibus ann. ad V, 9, 1.

Ibid. „Quaeris, an causa"? Sic Or. ex Md., in qua lectione ait latere: „Cur? quaeris. *Animi* causa". Mire. An Rufus *animi relaxandi* et quasi *lusus* causa (cf. de *animi c.* Madu. ad Fin. II § 56) „*calumniam* maximo plausu *tulerat*" ɔ: (u. Gron. (*calumniae* m. p. *condemnatus* erat? Ne *accusauerat* quidem animi causa Tuccium de ui, sed ne ipse eo anno causam diceret. Mihi nihil uerisimilius excogitari posse uidetur, quam quod uulgo legebatur: „Q., *qua in* causa (R. cal. m. p. tulerit)". Quod cur Or. languidum esse dicat, equidem non uideo. Fingit Caelius Ciceronem interrogantem, qua in c. illud factum esset, deinde ipse respondens causam narrat: „M. Tuccium cet". Cf. 7, 2: „Quaeres, ubi? Ubi h. ego minime uellem". At, inquit, *quain* uix in *an* corruptum esset. Persequere uarias Md. lectt.: eiusmodi errorem mirari desines.

Ibid. „illam fabulam narrem, quemadmodum tibi *pro beneficio* dederit [Rufus], si *quod iniuriis suis* esset, ut *Uestorius* teneret". Sic Or. ex Md. Ego suspicor Caelium scripsisse: „si *quid iniuria ipsius* [Rufi] esset —". Ridiculum erat Rufum dixisse *Ciceronis*

causa se Uestorio, eius amico, concessisse, ut, si quid ipse *non iure* possideret, id ille obtineret. Quam exigua mea mutatio sit, patet. Cf. Att. VIII, 16, 2, ubi. Md. *hiis si* p. *ipsi.* [1]) *Ipsius*, cui ex contrario respondet *Uest.*, recte pro *suum ipsius* positum erit. Cf. Madu. ad Fin. III § 40, Att. VII, 3, 3: „iudicas n. s. pro *meis* off., pro *ipsius* i. a. effusione illum in me lib. fuisse". [2])

Ibid. § 2 Madu. (ad Fin. p. 820) demonstrauit primum ex L. coni. pro *quoiquam* (debuit certe esse *quoipiam*) scribendum esse *quicquam*, deinde ex Ub. *maxima — inuidia* (cf. 6 § 1) p. *maximae — inuidiae*, denique „inu., neque — uoluit: *Q.* Pilius —" pro „inu.: n. — u., *quod* P. —". Paulo post, ubi Or. ex sua coni. scripsit: „ut indicet *de pecunia*, ex bonis *patriis* peruenisse ad S.", ego ex Md. scribo: „ut † *inpicet depecuniam* ex b. *patris peruenis* ad S." Incerta est enim emendatio. Primum Caelius fortasse ut *diceret*, sic *indicaret* scripsit (cf. II, 10, 4, ubi Md.

---

1) F. XIII, 57, 2 sine uar. est apertissimo uitio: „si intellexero per te illum *ipsum* negotium ex sent. confecisse". An, qui *per aliquem* neg. suum conficit, *ipse* conficit? Nam neque *ill. ipsum* potest esse *eundum illum* (nullius enim nisi Anneii mentio fit) neque *ipsum* cum *neg.* coniungi, quoniam nihil nisi de illo neg. conficiendo agitur. Scribe: „illum *suum* n." Supra est: „ut *suum negotium* conficiat". Occasionem errandi fortasse dedit superius „*ipsius* M. Anneii", ubi *ipsius* propter contrarium *mihi* necessarium est.

2) F. V, 14, 1, ubi Or. ex Md. restituit: „*animo* — tuo — erudito, qui s. aliquid ex se promat, quod *alios* delectet, *ipsam* laudibus illustret", mihi probatur antiqua correctio: „— *alios* [homines] delectet, *te* ipsum l. i." In Md. lectione mire intelligeretur „alios *animos*".

speras p. *sperares*); deinde incertum est, in Md. scriptura durior Or. lectio lateat an „de p., *quae* — *peruenisset* ad S." an, quod mihi maxime probatur, ut Ub. scripsit: „i., *pecuniam* — *peruenisse* ad S. (ut in Md. *inp.* est pro *ind.*, sic *de* ex *pe* natum esse potest); denique *patris* non mutandum fuit, recte positum de ipsius patris bonis (cf. Man.), non iis, quae filius a patre acceperat. — Infra Or. quod ex sua coni. scripsit „stultissimasque de *se*, nefarias de *patriis* (sc. *bonis*) confessiones": primum *bonis* addi a Caelio necesse fuit; deinde Or. uehementer errat, quum Caelium illud scribere fingit, Oppium confessum esse, se *nefarie* bonis patriis potitum atque usum; neque enim „nefaria confessio" est „nefarium aliquid confiteri", sed „id c., quod c. nefas sit", atque sic perit apertissima membrorum inter se oppositio. Recte Graeu. ex antiqua emend. scripsit: *de patre. Stulte* de *se* ipse Appius confessus erat, *nefarie* de *patre*, ut illud, ab eo de repetundis reo Seruilio accusatori „praeuaricationis causa" pecuniam esse datam (cf. Man.). *Patre* in *patris* esse deprauatum, praesertim post *patris* paulo superius quis miretur? Or. uidelicet Appium, de cuius luxuria ac nequitia nihil constat, cum decoctore Seruilio confudit!

Idid. § 4. „S. C., quod tibi misi, factum est auctoritatesque perscriptae.[1]) § 5. S. C. *auctoritas*.

---

[1]) ɔ:. ut uidit Gron., „factum est unum Senatus decretum, cui non intercessum est (= S. C.), triaque, quibus intercessum est (= auctoritates), quae *omnia* infra scripsi [illud § 5, haec § 6 — 8]". Quid apertius? Rediit tamen Freundius (s. u. *auctor.*) ad Manutii explicationem, uu. „auct. persc." significari nomina sena-

Pridie — —." Sic Or. sine uar. Ego scribo: S. C. AVCTORITATES[Q.] ɔ: Senatus consultum auctoritates[que]: quae uu. ipse Caelius addidit, ut indicaret sequi Sctum tresque auctoritates; quae se Ciceroni mittere scripserat. Nota sunt illa orationum: TESTIMONIVM . . ., EPISTOLA . . ., DECRETVM . . ., al. Ante *p.* facile excidit *q.*, ex *tates*, ut non raro, factum est *tas*. Fieri tamen potest, ut C. per asyndeton scripserit *S. C., A.* — Uulg. lect. quid significet, nescio: nam, quod Freund. (s. u. *auct.* = — consultum) SENATUS CONSULTI A. sollemnem titulum ipsis Sctis praescriptum fuisse ait, ea explicatio quum unius huius l. uulg scriptura nititur, tum absurda est, quod pro *sctum senatus* auctoritas" (die Willensmeinung des Senats) dici potuit, „*scti* auct." (d. W. des Senatsbeschluszes) non potuit. Quod Man. et Gron. *Scti auctoritates* scribi uoluerant, ut esset „eorum nomina, qui scto scribendo adfuissent", primum sic simpliciter *auctoritates (praescriptae)* de Or. l. c. dicitur,[1] deinde sane mirum est, si (quod ex nullo alio l. constat) tam superuacanea sctorum praescriptio fuit: quasi nos, quum nomina nostra subscribimus, ipsis nominibus subscriptis „NOMINA SVBSCRIPTA" praescribamus.

Ibid. *ex a. d. Kal. Mart.* Sic parum Latine

---

torum, qui scribendo adfuissent. At primum sic dicendum fuit (ut Man. contra Md. scribi uoluit) *praescriptae*; cf. Man. ad V, 2, 4, Henrichsenium ad III de Orat., 2, 5. Deinde sic Caelius illa nomina perscripta esse narrat, quasi id memorabile aliquid ac non solitum fuerit aut ex ipso S. C. subscripto non satis intelligi potuerit.

Or. ex Man. coni. In Md. mendose est: *a. d. ex X. Kal. Mart.* „*Ante diem* Kalendas, Nonas, Idus" pro *Kalendis* cet. Romani neque dixerunt neque dicere potuerunt: quid enim *A. d.* sic significaret? Addita significatione, quotus ante Kal. dies sit, *A. d.* poni notumst. F. VII, 29, 2, ubi omnes ex antiquo quidem, sed incerto supplemento: „Data a. d. *IIII* Kal. Nou.", in Md. numerus diei, quiquis fuit, excidit., ut Att. III, 17, 1, ubi ex Md. (de xyz siletur) legitur: „ex ante diem Non. Iun. usque ad prid. Kal. Sept.", Handius probante Or. excidisse [1]) III suspicatur. [2])

---

[1]) In Arch. sine dubio semper fuit notis scriptum: *a. d.* Quod si in Arch. fuit *diem*, probabilitate non caret A. Grotefendi coni. (Ausf. Lat. Gr. II p. 496) Ciceronem scripsisse aut certe dixisse: ex *ante* — *die III.* Non. I.": qui idem Liuium XLV, 2 suspicatur dixisse: "ex *ante* — *die* V. Id. Oct.", coll. XLIII, 16: „in ante — *dies* octauum et septimum Kal. Oct."

[2]) Similiter Att. XIII, 17 in Md. excidit *Kal.*, nunc ex yz, c. restitutum. — Ad Q. F. II, 2 (scr. XIV Kal. Febr.), 2 legitur sine uar. „edicta sunt a. d. XI Kal. F." ɔ: undecimo K. F. factum est, ut (com. aedil.) edicerentur — in quem diem? Ego post SVNT addo IN. Cf. Liu. XLI, 16, XLIII, 16, XLV, 3, III, 38; Cic. Phil. III, 8, 20. Att. I, 16, 13 (ubi Md. *madii* p. *in a. d. VI*), II, 20, 6; Catil. I, 3, 7; Q. F. II, 3, 1. Suet. Caes. 80, ubi legitur: „senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est", suspicor Suetonium scripsisse *in Id. Mart.*, quumque *in* ante *Id.* omissum esset, notas falso explicatas esse. Attic. XVI, 4, 1, ubi ex Md. (de xz siletur) omnes: „ut uenationem — *proscriberent* III Id. Quint." excidit IN ante III, ut Uerr. II. § 129, ubi ex det. cdd. uulgo legitur: „ut, quo die —, *eo die* Calendas Mart. *proscribi* iuberet", in melioribus autem (Fabric., Lag. 42 et sine dubio Nann.) est *in eo die* (quod Klotzius

Ex Md. lect. Sch. male fecit „ex a. d. *X* K. M.“; nam, quum ex § 4, 9, 9 § 5, Att. V, 20, 7, VI, 1, 24 intelligitur senatum decreuisse, ut a *Kal.* Mart. de prouinciis referendi initium fieret, tum in ipso Scto infra de eadem re est: *ex Kal. Mart.;* sic enim ex Md. uulgo recte legebatur, quum Or. ex praepostera Lni corr. scripsit „ex [*a. d.*] K. M.“ Ego igitur priore quoque loco scribo: *ex Kal. Mart.*, et quidem suspicor, quum in antiquo aliquo cd. geminatione factum esset EXX, post ab aliquo correctore superscriptum *a. d.* esse, idque, ut fit, Md. contextui loco non suo insertum. Cf. ann. ad IV, 13, 2 et XV, 2, 6, ubi in illo Medicei *in* ante *patris* posito sine dubio latet antiquum supplementum ipsius uoc. *aui* inter *que* et *iu.* omissi.

Ibid. § 6. Foedissimum mendum Md.: „Q. *Metellus* — *Metellus* Pius Scipio“ cur Or. restituit? Uulgo recte, ut § 5, *Q. Caecilius* cet. Ut h. l. librarius ad sq. *Metellus* aberrauit, sic paulo post, ubi omnes: „Quirina, C. Scribonius“, ego ex § 5: „Quir., *C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus*, C. Scrib.“, propter sq. *C.* nomen *C. Hirri* omisit. Neque enim fingi ulla causa potest, cur ex octo senatoribus, qui priori Scto scribendo adfuerant, is solus huic eodem die facto non adfuerit.

Ep. 9 § 1. *obiurgatus: hac* —. Sic Md. corrupte. Ego scribo: † *ob.*: *h.*, maximeque probo Man. coni. *obiurgat. sc. hac* —. Or. quod suspicatur: „*obiurgat*: *totus* hac r. se mutauit“, debebat certe esse: *totum;* cf. 8, 10 „C. se c. e. *totum* parat.“

---

arripuit), scribendum est *in eum diem*, quod post *quo die*, non mirum est, si in *in eo die* mutatum est.

Ibid. § 2 *interpellat.* Ego scribo: *interpellauit*, ut de re praeterita; neque enim praesens, quod uocant, historicum h. l. aptum est. Paulo post, ubi Or. scripsit: In Kalend. [*res*] reiecta est", ego scribo: „I. K. r. *res* est": de quo uu. ordine uide Madu. ad Fin. V, 29, 86, Fam. VIII, 8, 4 (actum nihil est) VII, 17, 2 (mutata ratio est) IX, 16, 7 (nunc mutata res est), Att. VIII, 13, 2: „uide, quam conuersa res est" (L. recte *sit;* cf. ann. ad F. VIII, 3, 3). Q. F. II, 2, 3, ubi ex antiquo suppl. nunc est: „— res c. extracta est", Cic. siue dubio scripsit: „c. e. *res* est.[1])

Ibid. Or. leue[2]) illud quidem, sed foedum Md. mendum restituit: „*relinquendum* tibi erit, qui prouinciam obtineat." Neque *relinquere*, ut uult Or., est „*in medio* relinquere atque *ignorare*", neque *obtineat*, ut idem credidisse uidetur, „successione accipiat" (cf. Mdu. ad Fin. II § 71): et tamen dicendum fuit *quis*, non *qui* (cf. ann. ad VI, 2, 1). Caelium scripsisse, ut uulgo legebatur: *relinquendus* — obtineat (ɔ: administret, cf. 8, 9)" clamant sqq. „Nam non cet." Cf. de eadem re Att. VI, 4, 1: „relinquendus erat ex scto qui (prouinciae usque ad successionem) praeesset."

Ep. 10 § 1. *per Commagenem.* Lege *per Commagenen.* Nomin. esse *Commagene* notum est.

Ibid. § 2. Distinguebatur ante Or. recte: „latet

---

[1]) Liuii quoque eum uu. ordinem esse Madu. animaduertit, qui in solis libb. XXI et XXII ex Flor. ter restituit: „exorta pugna est."

[2]) 13, 2 Md. *futurus* p. *futurum*, III, 6, 5 *uisurum* p. *uisurus.*

(siue negl. siue inertia siue metus) sub hac temperantiae existimatione, nolle prouinciam." Uerbis enim *n. p.* explicatur *h. temp. ex.* Or. comma omisit, quasi uerbi *latet* subi. esset *nolle.* VII, 5, 3, ubi uulgo scribitur: „t. d. h. tibi ita trado de manu cet.", distinguendum: „— ita trado, de m. —." Part. *ita* uu., quibus ipse tradendi modus enunciatur, praeparandis inseruit; cf. Mdu. Opp. Ac. p. 503, ad Fin. II § 13 (c. Add.) et III § 53, Obss. meas ad Sest. p. 58, Att. VII, 18, 3 (*hoc* eodem modo positum Q. F. I, 1, 38, Att. VIII, 11, 2), Ter. Eun. I, 1, 2.

Ibid. § 3 ex Md. scribendum: *quam*, *quod.* Or. *q. id*, *q.*

Ep. 11 § 1. „comitiales eripiebantur." Sic omnes inaudita ellipsi. Excidit post *comitiales* siue *dies* siue eius uoc. comp. *D.* Cf. Att. VII, 2, 7, ubi est: *dierum XX*, Md. et u. c. Lni. per notam: *D. XX*, IX, 8, 1, ubi y *multos D.*, z Md. *multos* omisso comp. *D.* Caes. B. G. II, 35, ubi uulgo legitur: „*dies* XV supplicatio decreta est", quasi per XV d. senatus in decernenda suppl. occupata fuerit, ego scribo, *dierum* cet. (in Arch. fuit siue D. siue *die* cum syll. *rum* compendio), cf. IV, 38 "*dierum* XX suppl. — decreta est", VII, 90 "*dierum* XX supplicatio indicitur." Idem siue uoc. siue comp. excidisse 12, 4 („amplius quadraginta mansit") plures uiderunt. [1])

---

[1]) Omnino permulti Epp. loci sunt, quibus ellipsis uulgatae lectionis uel coniectura uel ex ipsis cdd. sit supplenda. Att. VI, 2, 5, ubi uulgo ex Md. (y hanc ep. non habuit; de xz siletur): „Populi nullo gemitu publicanis, quibus *hoc ipso lustro nihil* soluerant, *etiam superioris lustri* reddiderunt," ego ante *redd.* addo *reliqua.*

Ibid. § 4. Prorsus absurde uulgo legitur: „Tibi curae fuisse de Sittiano negotio [cf. 2, 2; 4, 5; 8, 10; 9, 3], gaudeo. Sed quoniam *suspicaris*, minus certa fide *eos* tibi *uisos*, tamquam procurator, sic agas

---

Cf. Fam. II, 13 (eodem tempore et sine dubio die scr.) 3 de eadem re: „publicanis *etiam superioris lustri reliqua* sine sociorum ulla querela conseruaram": ex quo loco Corradus audit *reliqua:* sed audiri id uoc. non potest, praesertim in huiusmodi snntentiarum oppositione: „qui ex huius ipsius l. *debitis pecuniis nihil* soluerant, ii non solum *eas* soluerunt, sed etiam ea, quae ex prioris *reliqua* erant." Cf. XVI, 6, 3, ubi ex xz c., ɔ: ex Arch., legitur: „Bella *reliqua* reliqui", idem u. *reliqua* (Restancer) in Md. ante *reliqui* excidit. IX, 15 (haec ep. in y non erat), 5 Or. ex ed. Rom., ɔ: sine ulla auctoritate, scripsit: "*De* Philargyro, bene": legendum est, ut in re ignota, ex xz, C, ɔ: ex Arch.: *P. bene curasti* (sc. soluendum, incertum quid): in Md. est *P. bene*, u. *curasti* ante *causam* omisso. XIII, 5, ubi ex Arch., ut Graeu. sensit, nimis abrupte legitur: "Sp. Mummium putaram in X legatis fuisse: *sed uidelicet.* Etenim εὔλογον fratri fuisse (cf. 6, 4)", ego scribo: „uidelicet * Etenim —", quum suspicer in Arch. (qui 6, 4 *mortuus* omisit) excidisse *erraui* similcue aliquid. (Cf. de uerbi ellipsi, quos fines habeat, Madu. ad Fin. I § 9). Ibid. 42, 1 ex Md. (te yz nihil constat) legitur: „Quae uis igitur (te ad bellum istiusmodi proficisci cogit)? inquam. Aes, inquit, alienum (me cogit): et tamen ne uiaticum quidem. Hoc —": ego ex Lni u. c., ɔ: z, ante *Hoc* addo *habeo.* Ne *est* quidem apte h. l. audiri potuit. Fam. VII, 7, 2, ubi Cic. ea enumerat, quae Trebatius ad beneuolentiam Caesaris conciliandam haberet, idem u. (*habes*) siue ante *aetatem* siue post *singularem* excidisse uel contrarium „ipse *tibi defuisse*" clamat. (Cf. 17, 3; Q. F. II, 16, 4.) Or. solus omissionem probauit, quum mire ita defenderet, ut esset ac cusatiuus exclamationis! —

rogo." Primum *eos* nihil habet, quo referatur. Suo enim arbitratu Man. audit „a quibus pecunia exigenda est." Deinde quid est: *suspicaris* — *uisos*? Respondet Or.: „ex tua epistola uidi te suspicari, eos minus certa fide *esse*." Ergo *tibi uisos* (esse) idem est atque *esse!* Pro *suspicaris* scribere *suspicor* quum audacius esset, tum ne sic quidem *eos* intelligi poterat. Ego ita scribo: „— fide † eos tibi uisos —": quamquam persuasum habeo Caelium scripsisse: „— f. eos *esse quos* tibi *misi* —". Sic enim omnia sana erunt. „Eos, quos tibi misi (ad pecuniam ex syngrapha Sittiana exigendam)" ɔ: Philonem libertum et Diogenem Graecum (cf. de eadem re 8, 10; 9, 3 „*eos, quos* ad Sittianam syngrapham *misi*."); *quos* quia Cicero minus certos ac fideles esse suspicabatur, Caelius eum rogat, ut *ipse*, t. P., sic illud negotium ageret. Quum post *eos* excidisset *esse quos, misi* in *uisos* deprauatum est. Cf. VI, 5, 2. Similiter saepe (ut Att. VI, 7, 2, XIII, 7 et 32) *misi* et *iussi* inter se confunduntur. —. Paulo supra non uideo cur C., ut scripsit: „quae non *desideres*", sic non scripserit „quod opus *sit* [uulgo *est*]".

Ep. 12 § 1, ubi ex Gron. coni. est: „ipsum *ut prenderem*" (Md. *i. rep.*), ex leniore Lni corr. scribendum: „ipsum ut reprenderem"; neque enim *obiurgandi* (propter eius simultatem) notio non aptissima est.

Ibid. § 2, ubi Or. ex sua coni.: „Tamen quasi aliquot [*cum*] amicis — locutus sum", ego ex Md.: „Tamen † quasi aliquod amicis cet." Illud quidem Or. nemini persuaserit, Caelium uno uoc. *quasi* significare potuisse: „quasi uellem reconciliare mihi eius

gratiam, leuiter saltem". Ne hoc quidem ueri simile est, ipsum Caelium ad Cic. scripsisse *simulasse* se reconciliandae Appii gratiae [uoluntatem. Denique sic *quasi* ante *locutus sum* ponendum fuit. *Quasi* si ab ipso Caelio est, nonnulla ante *aliquot* excidisse necesse est; mihi tamen nihil ad sententiam deesse uidetur nisi *cum eius*, quod si in *quoeius*, *quasi* deprauatum est, in hoc libro foedissime corrupto non nimis mirum est. *Eius* quidem paene necessarium est. [1])

Ibid. § 4. „Scis Domitio diem timori esse". Quam *diem?* Corradus *comitiorum* (auguratus) recte intelligit; cf. 14 § 1. Quod uoc. quoniam audiri uix potuit, ego ex Sch. coni. post *Domitio* cum uncis addo.

Ep. 13 § 1. „Gratulor tibi *affinitate* uiri —". „*Re* aliqua alicui gratulari" nemo, quantum scio, dixit [2]). Recte L. ante VI addidit — M.

---

1) Att. XI, 22, 1, ubi Or. ex Md. (de yxz siletur): „quod ne C. quidem ad i. misisse uidetur, *quasi quo* i. i. offenderetur, *sed*, c., *uti* — essent", ex Lni et Ern. coni. *quasi* certe uncis includendum fuit. Notum est post negationem aliquam sic poni *quo* (= *eo-quod* Fin. II § 24, p. Quint. § 6, *idcirco-quod* Fam. XI, 9, 2) cum coniunctiuo, ut Germanice interpretari liceat „als wenn", Danice „som om". Uides *quasi* totum superuacaneum esse; neque ab ullo scriptore sic ex abundanti additum inueneris. Orellii explicatio („ut ii crederent se — offendi") nihil habet, quo *quasi* defendatur. *Quasi* siue glossema est uoc. *quo* siue ex *quo i.* natum.

2) Att. V, 20, 1, ubi olim ex Md. legebatur: *celebritate*, nunc ex yxz, cdd. Malasp., ɔ: ex Arch., accus. restitutus est. Quod ibid. legitur sine uar.: „Hoc iam sic habeto, [= scito] *nec hoc* [ɔ: tam paruo] *exercitu hic* [in tam obscura prouincia] tanta negotia [quanta olim maioribus

Ep. 14 § 1 probabilis est Gron. coni. ab Or. omissa, post *ereptum* excidisse *auguratum*. Audire *quod peteret* durius est.

---

exercitibus iu Aetolia et in Macedonia gesta sunt] geri potuisse": uellem Ipp. dixissent, quid *nec* significaret. Neque nicht einmal neque auch nicht in hunc l. conuenit: nec tamen Cic. particula *nec* sic utitur; cf. Madu. Exc. III ad Fin. Apertum est ante *hic* siue in Md. siue in ipso Arch. excidisse *nec*. Sic Cic. duas causas significat, cur Atticus magnarum rerum gestarum narrationem exspectare non debeat. *Nec* sic praue omissum iam dudum additum est Fam. I, 9, 21, VIII, 13, 2, Q. F. III, 1, 2, Att. XI, 22, 1, Fam. III, 8, 5, ubi ego ex Uict. coni. scribo: „non *ad* generum tuum * [si *generum* est *Brutum*, ut mihi quoque uidetur, excidit *Romae*: si *Pompeium F.*, sine dubio *Tarenti*; cf. Att. V, 5 et 6] *neque ad* libertum cet." Q. F. III, 1, 18, ubi uulgo legitur: „scripsique ad Caesarem, *Uibullium* Caesaris mandata de m. m. *ad Pompeium* pertulisse, *nec* [debebat esse *non*] *Oppium*. Quo consilio?", tantum uiderat Sch., falsum esse „*ad* Oppium", uolebatque legi „nec [rectius esset *non*] *item* O. [pertulisse]". Totum locum sanauit Maduig. hac coni. mecum communicata: „s. ad Caesarem, *neque* Uib. — p., *neque* [an *nec*?] Oppium. Q. e. [hi non fecerunt, ut „C. m. de m. m. ad P. perferrent"]? Quamquam cet." „Non ad Oppium, inquit Madu, perferenda erant C. mandata, sed ad Pomp. aut a Uibullio aut ab Oppio. Oppium ipse Cicero *tenuerat* [quominus perferret], quod *Uibullii priores essent* [mandatorum perferendorum] *partes*; sed ne Uib. quidem [„cum quo tamen C. *coram* egerat", ut perferret, non, ut cum Oppio, *per literas*] fecerat." Quum inter EM et VI excidisset NEQVE, aut ex posteriore *neque* falsa correctione factum est *nec ad* aut ad *nec* additum *ad*. — Contra *neque* in Md. (de yxz siletur) falso additum est ad Att. IV, 18, 1, ubi omnes: *sed, quum* [ego scribo *quoniam*; cf. ann. ad XIII, 33, 3, Madu. ad Fin. I § 10] — itinera tua nihil habere certi *uideo*, neque in Epirum

Ibid. ego ex Md. scribo: „dolorem † unumque *moue* [uulgo *me*] stud. —". Ad sententiam (u. Man.) aptum esset: „d., *neminemque* me studiosiorem Antonii."

---

neque Athenas neque in Asiam *neque* cuiquam nisi ad te ipsum proficiscenti dedi literas": quasi uero Cic. neque in Epirum n. A. neque in Asiam ad Atticum literas dederit (cf. de literis in Epirum atque in Asiam datis ep. 16 et 15). Dele *neque* ante *cuiquam*: et recte scriptum erit in eandem sententiam atque in sup. ep. 15 § 3 est: „ut non libeat *cuiquam dare* „*nisi de quo exploratum sit, tibi* (ipsi) *eum redditurum*". Nemini ad te lit. dedi neque in E. — neque in As. nisi qui ad te ipsum proficisceretur." *Neque* ex superioribus male repetitum est, sicut III, 16, ubi ex Asc. 2, ɔ: sine certa ulla auctoritate, uulgo legitur: „*non* aliud aliquid. Si —" (in Md. est „*Nam* a. a. si"; de yxz siletur), ex Q., ψ, cd. Ursin. (fortasse h. l., ut aliis nonnullis, ex meliore aliquo correctis), probante Ursino, Iunio, Maduigio, legendum est: *Nam, si* — (in uulg. lect. *non a. a.* male otiosum est; per *Nam* autem recte annectitur explicatio uu. „Totum — datarum"), *aliud aliquid* ex sq. *aliud quid* natum est. —. Fam. IX, 15, 3 Or. ex Md. scripsit: „Quod — purgas te non dissuasorem *emptionis* Neapolitanae [domus alicuius N.] fuisse, sed auctorem *moderationis* urbanae, *neque* ego aliter accepi [quod priore ep. scripseras]." Primum pro *moder.* L. sqq. recte scripsisse: *commorationis*, quum contrarium illud *emptionis* indicat, tum sqq. clamant (cf. Graeu.). Mihi quidem Or. non persuasit *moder. urb.* sic explicare licere: „ut *in urbe remanens moderatione uterer* cet." Scilicet, quum excidisset *com* siue nota eius praep. (cf. V, 4, 2, ubi pro *donares*, quod u. illa aetate sic non ponebatur, ex Mart. coni. scribendum *condonares*, XV, 8, ubi ex ant. corr. pro *suesti*, quo. u. Cic. non utitur nisi semel in *Arateis* N. D. II § 111, scrib. *consuesti*, cf. 3, 2), ex *morat*. factum est *moder.*; cf. Ann. ad V, 16, 6. Deinde *neque ego* initio apodoseos pro *ne ego quidem* positum.

Ibid. § 2 „me *annum* pacem (duraturam) non uidere". Uide, ne Caelius scripserit: „me *ad annum* p. (fore) n. u." De *ad annum* (übers Jahr, ab Xare) cf. Att. V, 2, 1 „quem *ad annum* tribunum pl. uidebam fore", de Or. III § 92; Att. II, 5, 1 et 17, 2 (ad X annos). Att. XII, 22, 3, ubi olim recte sic legebatur: „Sed (ita), ut non uendam eique usuram pendam, a quo emero, non plus *annum*, possum assequi (id), quod uolo, si me adiuuas", primum Graeu. parum recte pro *annum* legi uoluit: *annua* sc. *die;* locis enim ab ipso cit. *dies* non per ellipsin auditur, sed aut additum est aut, ut F. VII, 23, 1, ex superioribus intelligitur; neque uero „non plus *annum usuram pendam*" minus recte dicitur, quam l. a Man. laud. Att. VI, 6, 3: „non plus *annum obtinere prouinciam*"; deinde Or. coni. illa recepta sententiam Cic., quam Corr. et Man. explicauerant, totam corrupit, quum ita distinxit; „— emero, n. p. annua p. assequi: quod cet." —. Ibid. XVI, 1, 4, ubi omnes ex Md. (de x siletur): „Kal. Ian. in Pansa spes?" ɔ: „spesne *Kal. I.* (erit) Pansam *postea* rem p. defensurum?", ego ex u. c. Lni (z): *ad Kal.* cet. ɔ: „spesne *nunc* est, P. *Kal. Ian.* r. p. d.?" (cf. XIV, 14, 6; 17, 2; V, 18, 1, XIII, 16, 2, Fam. VII, 29, 1, al.). Ibid. § 5 ex

---

ut non Tullianum, in *ne ego quidem* mutandum est. Suspicor ex *ne ego que* transponendo factum *neque ego*, u. *quidem* in *que* deprauato; uid. Ann. ad I, 2, 2, et cf. IX, 10, 2, ubi, ut Att. VIII, 12, D, 2, aliis ll., *quidem* excidit. Post *accepi* addere *et*, ut inter se respondeant *neque* et *et* (sicut Att. XII, 42, 2, ubi ego sic distinguo: „Sed *nec* h. uendituram puto (del. — est), *et* - fugit"), parum conuenit.

Lni sent. sic distinguendum: „De CXX optime (factum id est, quod scribis). Ciceronis rationes (inde) explicentur" (uulgo post *optime* non distinguitur; sed sic certe *explicabuntur* dicendum fuit; deinde delendum non solum *id est*, *minutatim*, ut apertissimum glossema u. γλίσχρως (cf. Q. F. II, 16, 4, ubi interpretatio Lat. „hoc est, Athenas noctuam" Graeca: γλαῦκ' εἰς 'Αθήνας expulit, Att. V, 10, 5, ubi y seruauit" *Ανω κάτω*", ille autem cd., a quo xz Md. propagati sunt, glossema *sursum deorsum* substituit), sed etiam *in mandatis*, ut explicatio uu. *in his*, et *sat abunde*, ut in Arch. marg. ad *satis* — *affatim* adscriptum; cf. X, 7, 1, ubi Archetypi *oppidulo* glossema esse uu. *loco simili* neminem uidisse miror, nisi Graeuium, qui tamen de ea re dubitabat (Ciceronem *loco simili oppidulo* ita dicere potuisse, ut esset „l., qui similis sit Melitae, quod ad *oppidum* attinet", nemo facile Bosio et Or. crediderit), Q. F. I, 2, 14, ubi ex Or. coni. delendum *tragoedi* (cf. Fam. VII, 1, 2), 1, 38, ubi *dicere solent* gl. u. *deferunt* est, II, 4, 2 *(filius)*, 13, 4 *(Dionysius)*, III. 9, 9 *(Porcia non* ↄ: Pomponia*)*, I, 2, 16, ubi ex Madu. coni. mecum communicata scribendum est: *spe*, superiores nos fore, *animo*, ut cet." (sic ipse Cic. recte explicat: „quum *spe* sum maxima, tum maiore etiam *animo*"; *sperent* — *confidant* sine dubio natum est ex antiqua interpolatione *spero* — *confido)*, Att. II, 2, 1, ubi ego ex y, z, cdd. Malasp. (Md.) sic scribo, „Mihi credes † leges haec doceo mirabilis uir est", et Ciceronem suspicor scripsisse: „M. credes, *si* leges: *hic* m. u. e.", ut *doceo* sit corruptum gl. pron. *hic*, *Dicaea (rchus)*, 9, 1, ubi *tetrarchis* fortasse est glossema ad-

scriptum ad u. *regna,* IV, 1, 5 (Md. „se inimicos esse"), 2, 6 (z, Md., non y, „utilitates meae"), 4, b, 1 (bibliothecam), VII, 1, 2 (Md. „Pompeium et Caesarem"), VIII, 12, A, 4 (Md. Brundisium), 15, A, 2, ubi ex Weiskii coni. *consulem* delendum est, VII, 3, 6, ubi ex Madu. coni. delenda fuerunt uu. „uenio ad priuata" (in marg. adscripta ad nexum orationis significandum), IX, 9, 4 (ille cd., unde x. Md., *tuas*), 15, 2 (et magister equitum), X, 8, A, 1 (ille cd., qui xz propagauit, „falsum agnoscere", adscriqtum ad uu. „falsum — existimarem"), 2 (Md. *literas*, ut XVI, 15, 4 *literae*), XII, 5, 3 (Arch. „epitome Bruti Fanniana"; Cic. fortasse scripsit: „*Conturbabat etiam* me, *in* B. e. F. quod *erat* in extremo (cf. Fam. VII, 16, 1), idque cet."; *scripsi* ex sq. *scripsit* nasci potuit), XIII, 34 (Md. *Iul.*, ut IV, 8, 4 *Ian.*, VII, 7, 3 *Ian.*, 12, 1 *Iun.*; XIII, 33, 5 *Maii*, XV, 8, 1 *Mart.*, 11, 4 *April.*, al.[1]), XV, 1, 4, ubi ego suspicor uu. *Quid est hoc* in Arch. codicum yz, Md. nata esse ex marginali librarii alicuius interrogatione, quid corruptum illud „ut tua TO EKTOY TOY" significaret (siue enim ex ipsius Cic.

---

[1]) XVI, 16, C, 11, ubi uulgo legitur „lex, quae lata est a. d. IV Non. *Iun.*", quasi sic sit in c (y et Md. illam ep. non habeant; de xz siletur), ego *Iun.* deleo, quod, si in Arch. fuit (tantum constat, in c esse „in Kal. Iun. — a. d. IIII Non."; in C. est „a Kal. Iun. dilata est ad III Non. Iun.", omissis uerbis: „Accessit — lata est"), ex sup. uersu repetitum est; nam certe *Mai.* esse debebat; apertum est enim illam legem ante *Kal. Iun.* ad Sctum de eadem re factum accessisse; cf. A § 6, B § 1. —. Ad Q. F. III, 1, 17 ego malim *Sept.* delere, ut ex sqq. petitum, quam ex Man. coni. *Oct.* mutare, quod ex § 15 facile auditur.

persona siue ex Attici dicta sunt, cum sqq. „Quid est *autem* —" parum apte cohaerent; cf. Fam. III, 11, 2, ubi in cd. Graeuiani contextum receptum erat „proprium nomen fuit", in antiquiore aliquo ad *si illa* adscriptum), 21, 1 (Md. *patris scilicet* ɔ: *patri sc.*, gl. u. *tibi*), ibid. § 2, ubi *deliberationis* merito Ernestio et Sch. suspectum fuit, ut corruptum gl. u. ἐποχήν, XVI, 7, 6, ubi in uu. „Reuersionis has *speciosas* causas habes, *iustas* illas quidem et magnas — " ex Ern. coni. *spec.* certe uncis includendum fuit, quod ante „iustas — magnas", siue est *pulchras, illustres* mire languet, siue est „speciem tantum non ueritatem, habentes" (qua eius u. significatione Cic. ceterique scriptores id aetatis non utuntur) a Cic. sententia ualde abhorret (adscripsit, opinor, aliquis, qui sententiam Cic. aut sua Latinitate explicare aut etiam corrigere uellet), 11, 3 (z. „Librum meam illum". = C. *L· i. m.*) [1])

---

[1]) XVI, 13, c., 2 ante Or. uulgo ex xz, ɔ: ex Arch., legebatur: "uelim scribas, *quibus censoribus* C. Fannius — tr. pl. fuerit. Uideor mihi audisse (cf. XIII, 30, 3) *P. Africano, L. Mummio.* Id igitur (itane sit, ut audiui) quaero". Cf. XII, 5, 3: „Nunc uelim, P. Scaeuola — *quibus consulibus* tr. pl. Equidem puto proximis, *Caepione et Pompeio.* —. Dabis igitur tribunatum". In Md. est, ut in Bosii cdd., nisi quod facili notarum confusione pro *Censs.* (cdd. Palatt. *Cess.*) est *Coss.* (cf. F. IX, 21, 2, ubi Md. *Cons.* — *Cens.* pro *Cens.* — *Cons.*). Med. lectio propagata est in Q. ψ. A, C., U., nisi quod C. post *Mummio* addidit *censoribus*, opinor, non ex cd. suo, sed propter praec. *Coss.* necessaria correctione. L. 1566 pro *quibus Coss.* scripsit *quibus Cens*, (incertum, ex z an ex ed. Corr.) — *Mummio Cens.* (sic sine dubio ex C.). In meae repet. Lambin. margine (in contextu est, ut in Md.) annotatum est: „L. *quibus Cens.* [*u.* c

14, 4 (x, u. c., Md. cd. Urs., Ball., A. C., ɔ: Arch., *Quintus*, unde Q. (ψ) *qui* ɔ: *Q.*; in illo cd., ex quo u. c., Md. cett. originem suam traxerunt, ante *tui* excidit *aui*, quod x in *aut* corruptum seruauit). —

Ibid. ego ex Md. scribo: „Nam mihi cum hominibus *his* (ɔ: Pompeianis) et gratia et † *necessitudinem cum* causam *illam* (ɔ: Caesaris) *unde* homines odi", Caelium autem suspicor scripsisse: „— necessitudo *intercedit*: c. i., non h., o." Cf. XIII, 45 (ubi ego suspicor Cic. scripsisse: „officia magna et *multa* nostra inter nos"; cf. 43 de eodem homine „officiis *plurimis* maximisque" et 47: Md. *mutua* ante *nostra inter nos* mire otiosum est), al. Uulg. lectio: „— *n. est; tum causam* —" neque leniorem habet correctionem et prauum part. *tum* (= *praeterea*) in tali contrariorum momentorum oppositione usum. Quod si *necessitudinem* ex *necessitudoest* natum est (cf. 13, 2, ubi Md. *ratione* p. *ratio esset*), *cum* ex sup. uu. repetitum est.

---

hic non commemoratur]" et „al. u. c. *P. Afr.*, *L. Mummio censoribus*". Uides, quid Or. lectio (eadem, quae in C. est) habeat auctoritatis. Or. quidem in u. c. Lni idem fuisse atque in C. testatur: qua fide, nescio; sed, ut in eo cd. fuerit *coss.* (in suis, ɔ: xz, Bosius *Cens.* esse testatur), nihil tamen sequitur, nisi ut iam ille cd., unde Md., u. c. (z.), c. nati sunt, mendum illud habuerit. *Censoribus* autem si in u. c. atque in c. fuit post *Mummio* additum, glossema illius cd. fuit, sicut 11, 3 *Lib. m. ill.* Quibus *censs.* F. tr. pl. fuisset, cur Cic. scire uoluerit, ne miremur, sed nos, ut multa, nescire fateamur. Quamquam multo uerisimilius est, Fannio tr. pl. cum aliquibus Censs. aliquid fuisse negotii, cum quibus autem, Ciceronem ambigentem ex Attico certum scire uoluisse, quam illud, quod ad suam lect. defendendam Or. finxit.

Ibid § 3 ex Or. coni. pro „satis spatii *sit*“ ex Md. scriptura *s. patisit* faciendum *s. spatist* est.

Ibid § 4. „quas (discordias) ferrum et uis *iudicabit*“. Uide ne C. scripserit *diiudicabit*, cf. Lexx., maxime Caes. B. C. II, 32, Uell. II, 3 „*discordiae* ciuium — ferro *diiudicatae*“.

Ibid. ego scribo ex Md. „sine † *suo* periculo“, incertus, utrum ex Ua., ut uulgo legitur, scribendum sit *tuo* (sc. „ut tu impendens certamen — spectares“) an, quod urbanius mihi uidetur, ex Ub. *summo* (ↄ: si sine summo reip. omniumque ciuium p. fieri posset, ut discordiae illae ferro diiudicarentur“; cf. Att. VI, 9, 5). Non raro in Epp., ut *te* et *se*, sic *tuus* et *suus* confusa sunt, ut XI, 12, 1 (Md. *sua* p. *tua*); XIII, 30, 1, ubi ex Sch. coni. scribendum fuit: „habet negotia uetera in Sicilia *tua* ↄ: „cui tu praees“ (cf. 33 ad eundem Acilium eodem fere tempore scr. „Habet is in prouincia tua negotia“); *sua* enim siue, ut ordo uu. postulat, cum *Sic.* iungitur, non modo ineptum est, sed, quoniam Sosis tum „ciuis *R.* erat decurioque *Neapoli*“, falsum, siue ad *neg. uet.* refertur, praue ex abundanti additum est. *Summus* (*suus* cum lin.) et *suus* quum aliis locis confundi memini, tum de Prou. Css. 25, 56, ubi Par., Bernn. O4x, Naug., ↄ: antiquissimus Arch., *sua* (Erf. et u. c. Lni *suae* ad praec. *orationis* accommodatum) *arte* pro *summa a.*, ut iam in uno Ox. recte esse emendatum Maduig. (Disp. iam ante laud. II p. 21) demonstrauit.

Ep. 15 § 1 ex Sch. coni. ab Or. improbata tollendum foedissimum mendum est, quod habent uu: „qui tantas turbas, *qui* tam nugax esset, commorit“? Legendum „*quom* tam cet“. Dici potest: „Quantas t.

Pompeius, *qui* t. n. e., commorit!": ad *qui* alterum *qui* sic referri nullo modo potest, ne hoc quidem uu. ordine: *q. t. t. c.*, *qui t. n. esset.* [1]) Paulo post Or.,

---

[1]) Cf. XIII, 55, 1, ubi omnes soloece: "deque eo sic existimarem, ut res declarat, *quod* ultro ei *detulerim* [*quod* postularet *detuli*] legationem, *quum* n. p. denegassem", ego: — *qui* [in Md. est *quae* ad *res* accommodatum] ultro cet." Cf. Att. V, 21, 7 "*qui* h. *praedicem* de me", I, 5, 4; VI, 8, 5, ubi ex Sch. coni. scribendum: "possimus. *Sat* multa: qui et properarem" (cf. F. VI, 4, 4, p. Milon. 34, 92; uulgo prauissime *At m.*; debebat esse "*Sed* satis multa"), de Fin. V § 54, Q. F. III, 4, 1,, Att. XIII, 33, 1 (ubi y recte *quoi*, unde C. *quo*, Md. *quod*), XV, 13, 7 "Etsi quid ad me (pertinet, quid de *oratione* mea existimes): *quae* non *sit* f. proditura — ", Fam. III. 7, 4, ubi ego scribo: "An *ego* tibi o. n. prodirem — amico? *qui* in — soleam" (in Md. *qui* excidit inter *co* et *in*; alii, ut Or., supplent *quum*, alii *praesertim quum*; sed *qui* aptius *est* — cf. F. XII, 6, 1, Att. VI, 3, 6 et u. Madu. ad Fin. V § 55 — et *quum* postularet *solerem*), Att. VII, 2, 4, ubi ego scribo; *qui*, quum — referant, *numquam* quidquam [ex uerissima Or. coni. addo *numquam*; cf. Fin. III, 8, 29, ubi *numquam* in Arch. ante *quemquam* omissum Madu. recte addidit] — *putent*, *et*, quum — dicant, — sit, non *intelligant* [sic cdd. Bosii, Md. m. 1, cdd. Malasp., L. ɔ: Arch.; Or. ex Md. m. 2, ɔ: sine ulla auctoritate, *intelligunt*, indicatiuo soloece sic per *et* cum coni. *putent* connexo] se — uiro". —. *Qui*, quod uocant, causale multis locis ante *etiam* in *quin* corruptum est, ut Fin. V § 44 (Erl.), Brut. 72, 253, ubi Or. recte uult legi: *qui* etiam — *scripserit*, omisso *quum*, quod in Laud. illo non fuisse uidetur, Att. V, 6, 1 (Md.), 20, 1 (u. c. Lni.; ubi Cic. fortasse scripsit "gratulatus *sis*", non *g. es*; cf. Fam. X, 31, 6, ubi omnes "*quae praesertim* r. n. n. *possunt*", ego, etsi in Pollionis ep., *possint*), II, 6, 1, ubi ed. Rom., probante Madu. ad Fin. II § 104, recte: "*qui* etiam dubitem", IV, 15, 5, ubi recte Man., L. "Uixi cum Axio: *qui* etiam

ut opinor, inuito est: „nunc — uidentur. Quid —" pro: „nunc — uidentur? Q." Ceterum ego pro *nunc* cum

---

(ɔ: ogſaa, non: enbög) me ad Septem aquas duxit" (post *qui*, quod h. l. simpliciter orationem connectit, Indic. recte se habet; uulgo, quoniam gradatio nulla est, praue *Quin*, ut I, 13, 2, ubi ego ex c, marg. Md. sic scribo: „*Qui nunc* [unde Md. *quinimo*, ed. Bos., ut Or., *quin nunc*] *leuiter* inter se dissident; sed uereor, ne — *serpat longius*", quippe quum ipsa sententiarum oppositio doceat uerbis *Q.* — *diss.* adscensum ad maius quid nullum fieri); VII, 19, 1, ubi sine dubio ex Lni coni. scribendum: *qui* etiam — *dederim* (sic u. c. ɔ: z; Md. m. 1 *dederam*; de yx siletur; uulgo ex Md. m. 2 legitur *dedi*, inutili correctione; nam post *quin* aeque rectum *dederam* erat), XIII, 33, 1, ubi ego scribo: „*qui* [omnes *quin* ex Md.; de yxz siletur] etiam e. i. *miserim*" (sic Md., u. c.; uulgo sine ulla auct. *miseram*). XIII, 26, 2, ubi uulgo mire legitur, nescio ex quo cd.: „credibile non est, quantum scribam *die*, quin etiam *noctibus*.", quasi ulla causa numeri uariandi causa fuerit, ego, quoniam Md., u. c., ψ, Helmst., ɔ: cdd. noti, *die* non habent, Ciceronem suspicor scripsisse: „— quantum scribam (cf. XII, 40, 2), *qui* (non solum diebus, sed —; cf. XII, 14, 3 [quo loco Or. ex ed. Iens. — de Md. dubitare licet — sine ulla sententia scripsit: „*ad* omniaque nitor non *ad* animum — reficiendum", ego ex yxz, Malasp., Memm., Q., ψ, Rom. A, C., ɔ: ex Arch., scribo: „† omniaque nitor cet." et suspicor fuisse: „*omnique ui* [e]nitor cet."; cf. de sent. 38, 4, ubi ex Or. coni. pro *adiuuandum* scribendum *adleuandum* est, de uu. Fam. VIII, 16, 4 *omni ui*, Att. XI, 14, 6 „omni ope atque opera enitar, ut — ", XII, 22, 3, Obss. in Sest. p. 19. ad Sestian. § 23, Caton. M. § 82]) etiam noctibus (scribam; cf. Fam. V, 25, 2)". — XII, 23, 1, ubi ex Md. omnes: „Meministi quid — A. quaesierit: *quin* etiam *nunc* (quum absum) molesti sunt (quinam?). Quid existimas, *si uenero*", uide, ne Cic.: scripserit: „—: *qui* (sicut A. fuit) e. n. m. sunt, quid (*eos*) ex. (factu

L. in marg. 1584 malim *num*: *nunc* languidum est. Qua literarum M. et NC confusione uu. *tum* et *tunc*, *num* et *nunc* tam saepe deprauata sunt, eidem fortasse debentur illa aduu. *illim* et *istim*, de quorum auctoritate non sine causa dubitabat Henrichsen. (ad [III. de Orat., 41, 164, ubi, sicut T. D. III, 12, 26, Arch. *istic* ɔ: *istinc*]: quamquam defensionem aliquam habent quum ex analogia, tum ex antiquorum cdd. testimoniis. Ut ex adu. *illi* (Ter. Hec. I, 2, 19, Phorm. I, 2, 41) addito *ce* factum *illic* est (cf. Tregderi lib. supra laud. p. 74), ex *illo*, *isto illoc*, *istoc*

---

ros), s. u.?"; cf. IX, 19, 1. —. X, 1, 2, ubi uulgo sic legitur: „*Quid* enim Flauio — Siciliam [quam Cato tum obtinebat] dari *scribas* et *id iam* fieri? *quae tu* scelera partim — *cogitari*, partim ex t. *futura censes?*", quasi sic, si, ut Bosius uult, *quid* esset *quorsum*, non scribendum *scribis* fuerit, aut ullo omnino modo ea interrogatio cum sequenti conciliari possit, ego scribo: „*Qui* enim — fieri, quae *tu* — censes?" *Qui* in *quid* corruptum esse, praesertim post „*quid* — putes", quis miretur? Ad structuram cf. Q. F. I, 1, 17: „Iam, *qui* — *uelim* —, quo *me* a. in s. esse censes?", Att. XI, 12, 1: „*qui* n. cognossem — multos, etsi — fecerat, tamen † *Nilo meo his* [sic y; unde ille cd., ex quo z et Md. nati sunt, fecit *L. Lomeo his*] uerbis ad C. scripsi", ubi ex Graeuii coni. ab Or. improbata scribendum est: *t. nihilominus his* —. Scilicet in Arch. quum ex *nihilo* factum esset *Nilo* (in eo cd. saepe fuit *mi*, *nil*, *nilum*, ut XII, 28, ubi u. c. Lni, Md., U. C. Graeuii *nilo* pro *nihilo*), non mirum, si *min'* siue propter praec. *Nilo* siue propter sq. *meo* in *meo* deprauatum est: quamquam fieri potest, ut in *meo* lateat *minus de eo*, uu. *de eo* a Cic. propter sup. *de me* ex contrario additis. De „etsi —, *tamen nihilominus*" cf. Cluent. 28, 76, Fam. IV, 13, 2, XIIII, 15, 2, Cluent. 37, 103, al. ll. a Tursell. laud.

(= *illuc, istuc; illoc* est in Md. Fam. VIII, 41, 8, 10; 9, 4), ex *illa, ista illac, istac*, sic usitatae formae *illinc, istinc* nihil nisi *illim - ce, istim - ce* esse uidentur. De terminatione *im* motum ab aliquo loco significante conferri potest *utrim - que*, de compositione *tunc* (= *tum - ce*), *etiam nunc* (= *etiam num - ce*). *Illim* autem et *istim* Plauti cdd. Pall. nescio quibus locis habere dicuntur, habet Uatic. Philipp. Cic. (IV, 5, 12; nam II, 31, 77 Uat. scriptura *illi non*, ut cdd. Gellian. *illi*, ex *illinc*, quod ex dett. cdd. familia Maduig. restituit, orta esse potest), habet teste Uict. Med. Epp. ad Fam. (VI, 20 bis = cdd. Lni), habuit sine dubio Arch. Epp. ad Att. (I, 14, 4, II, 1, 4, VII, 13, b, 7 cdd. Bosii et, teste Uict. ad F. l. l., Md., IX, 14, 2, al.), Denique notandum est in cdd., quod quidem sciam, numquam scribi *him*. Scilicet, ut antiqui Latini semper dicebant *hic* (ɔ: *hi-ce* pron. et adu.), *hunc, hoc* cet., numquam *hi, hum, ho*, sic ne *him* quidem iis dicere licuit. Quae quum ita sint, equidem non ausim ex cdd. non scribere *illim, istim*. — Att. XI, 21, 2 uulgo sic legitur: „Illum (ɔ: Caesarem) arbitrantur [ex Md., L. legendum *arbitrabantur*; cf. 22, 2, ubi de eadem re; „quod non *putabant*", et Fam. XV, 15, 2-3) *protinus Patris* (Italiam praeteruehentem) in Siciliam (traiecturum; cf. 20, 2). Sed si hoc („Sullam a legione XII Capidibus eiectum esse neque ullam se commoturam", cf. 22, 2) ita est, *huc* (Brundisium, ut ipse legiones in Sic. traducat) ueniat necesse est. Ac mallem *illum*. Aliquo enim [modo] hinc (Brundisio) euasissem. Nunc (quoniam huc ueniet) metuo, ne sit expectandum (dum huc ueniat)". Missis aliorum coniecturis (Orelliana quum uiolentis-

sima est, tum falsissima ep. 20 § 2 explicatione nititur) ego pro mendoso u. *illum* scribo: *illinc.* „Ac mallem C. *illinc* (ɔ: *protinus Patris,* non per Brundisium, in Siciliam iret); *aliquo* enim *modo* (si ita faceret) hinc euasissem (ɔ: siue occulte aliquo propius Romam accedens siue mare transiens; cf. 5, 2; 6, 2; 15, 3; 18, 1; 20, 2): nunc —" De *aliquo modo* cf. XI, 14, 2, al. Scilicet *modo*, omissum in pessimis cdd. interpol., Helmst. et 2 Pall., in ceteris seruatum sine ulla auctoritate omisit Graeu., sqq. De *illinc* siue *illim* in *illum* corrupto cf. VII, 21, 1, ubi cdd. Lni. et, teste Uict., Md. *istim*, Md., t. Furia, m 1. *istum*, m. 2 *istinc*, Non. u. *rutrum*, ubi ed. mea (Paris. 1583 cura Merceri) *illum*, Gifan. *illim*, Mercer. cum Iunio *illinc*.

Ibid. § 2 „eo nunc cum cohortibus". Scribendum est ex Md. „eo † *num* coh." aut certe lacunae signum post *cum* ponendum. Excidit enim, ut iam C. uidit, cohortium numerus.

Ep. 16 § 1 „per liberos oro, obsecro". Non sine causa L. ex altero illo exemplo huius ep. integriore, quod est ad Att. X, 9, scripsit „p. l. *te* oro *et* o." Per se ipsum „oro, obsecro" falsum non est; cf. Att. XI, 2, 3.

Ibid. „eandem rationem fore *Caesari* in — ferendis". Peruerse Or. ad Att. l. l. ex hoc exemplo scripsit *Caesari*, quum sine ulla uar. legeretur *Caesaris*. Contra h. quoque l. scribendum fuit *Caesaris*: nemo enim „eadem ratio est *mihi*" in hanc sententiam dicit, ut sit „*e r.* (Handlungsweise, Fremgangsmaade) *e. mea*".

Ibid. § 2. „si aliquid apud te *nos*, si u. o, *gener* tuus, *ualet*: *quorum* —". Ex altero ex. scribendum *ualemus*, quod nihil est quod mirere ad propius subi. solum ab huius cd. librario accommodatum esse. Plurale uerbum hoc aptius est, quod sequitur *quorum* ad utrumque subi. relatum. De rariore numeri plur. in anaphora post subi. singul. positi constructione cf. Fin. II, 22, 73 (ubi multo durior est) cum Madu. ann., Att. II, 17, 1, Tac. Ann. III, 47 („*non* ipse, *non* Drusus *profecti* — *forent*, Senec, Q. N. VI, 2 („*Non* cibus n., non h., non u., non somnus *salubria sunt*"). — . [1]) Ad Q. F. I, 2, 7,

---

[1]) Eadem structura restituenda est ad Att. IX, 18, 2, ubi post Bosium uulgo sic legitur: „Quid, quod [*quod* seruarunt yxz, omisit Md. eiusque asseculae et edd. ante Bos.] Seruii filius? quod Titinii? *quot* in iis castris fuerunt, quibus Pompeius circumsederetur! Sex legiones. Multum uigilat (Caesar), audet: nullum uideo finem mali". Indignatur Cic., quod uel bonorum uirorum (Sulpicii, Titinii) filii in Caesaris castris Brundisinis fuissent; cf. 6, 6; 9, 1: 19, 2; X, 1, 4; 3, A, 2 (ubi legendum *dubitarint*), 14, 3. Apparet *fuerunt* esse praedicatum subii. *S. filius* et *Titinii filius*: quare, si, ut uult Corr., *quot* esset „q. Senatorum filii", certe scribendum fuit *quod tot*: quamquam ne ea quidem ipsa significatio omitti potuit, quinam illi *tot* essent. Sed non multos eiusmodi adolescentes ibi fuisse loci laud. docent: praeter duo illos unius mentio fit X, 3, A, 2, L. Uolcatii Tulli filii. Man. et Bos. *quot* intelligunt *milites*, ut sq. *sex leg.* respondentis Ciceronis sit. Sic primum „in — circumsed." a *Seruii f.*, *Tit.* (*f.*) praue diuellitur; deinde coniunctiuus modus u. *circums.* rationem nullam habet; denique ineptissima est interrogatio illa et responsio, siue, ut uult Man., Cic. miratur „tot homines conuenisse ad P. circumsidendum" (non mirum: qui ipse XXX milia habuerit; cf. IX, 6, 3), siue,

ubi ante Ern. ex Md. legebatur: „si — plus auctoritas mea, quam tua siue natura — siue dicendi sal *facetiaeque ualuissent*", nihil fuit, cur Or. ex Ern. coni. scriberet *ualuisset*. Cf. de frequenti uerbi sententiae primariae cum secundaria communis ad secundariae subiectum accomodati attractione Att. 1, 15, 1 („celerius-rumor, quam u. n. *literae nuntiarint*"), F. VI, 4, 3, Catil. I, 2, 5, Phil. IV, 4, 9, Sall. Cat. 25, 1, Iug. 50, 6; Uirg. Ecl. 8, 67, Ouid. A. A. III, 27; Plaut. Capt. II, 3, 39, Cic. Fam. VI, 18, 5; VII, 24, 1 (obseruor), I, 9, 23 (delectarunt);

---

ut Bosio uidetur, haec adduntur, ne Atticus miraretur „in tanto militum numero exstitisse poaeclaros (!) quosdam uiros": quasi uero Cic. non illud ipsum et ipse miretur et Atticum mirari uelit, quod eiusmodi hominum filii apud Caesarem fuissent. Uideamus igitur de edd. In Md., Ball., Helmst. pro *quod Titinii* est *quot ut*, unde edd. ante Bos. *quot*, omisso u. *ut*. Ex yxz, ɔ: ex Arch., Bosius restituit *quod Titinii*, sed mira negligentia (etsi in Bosio nihil mirandum est) seruato ex prioribus edd. absurdo illo u. *quot*, quod in xyz non fuisse quum ipsius Bosii de ea re silentium indicat, tum disertum Lambini (in Curis sec.) de z testimonium, quocum consentit lectio u. c. in marg. repetitt. adscripta. Quid igitur? Recte L. in Cur. sec. et in marg. 1584 (improbante Or.) scripsit: „Q., q. S. f., quod Titinii in iis c. f., quibus (tamen) P. circumsederetur (Coni. causali s. aduersatiuo, de cuius in correlatiuis sententiis usu dixi ad Caelian. § 78, coll. Etzler. Synt. Anal. p. 128, A. Grotef. Ausf. Lat. Gr. II, p. 238)". Scilicet in Md. ex *quod Titini*, omissis ante *in iis* litt. *ini*, factum *quotut* est. Sqq. sic distinguenda: „Sex legiones (se. „sunt cum Caesare", non „in — circums."); m. u., a.: (itaque) n. u. f. mali". Sic recte duae causae ponuntur, cur Cic. tum pacem plane desperaret.

in Pison. § 99 (uiderem), p. Tullio § 33 (haererent), Fam. XV, 14, 3 (ubi ego ex Md. *consequeremur* scribo); ann. meas ad T. Disp. p. 21-22. Similiter paulo ante dictum est: „*nihil* a me nisi — indiligentiam *reprehensam*".

Ibid. „nunc te contra uictorem facere, quem dubiis rebus laedere noluisti". Iterum peruerse ex hoc ex. alterum illud correctum est, ubi cdd. noti post *uictorem* habent *Caesarem*, quod in Md. quam facile excidere potuerit, quis non uidet? Et quidem necessarium est *Caesarem*, non modo concinnitatis causa, ut sqti *eos* respondeat, sed ut *quem* habeat quo referatur, quod ad *uictorem* (= „quum uictor est", contrarium uu. „dubiis rebus") non magis referri potest, quam sq. *quos* ad *fugatos* nude sine *eos* positum referri potuit. — Contra in altero ex. § 4 ex hoc inter *scire* et *tamen* addendum *set* est.

Ibid. § 4. *percurrissem*. Sic in altero quoque ex. scribitur: sed in illo ex Md., u. c. Lni, c, ɔ: ex Arch., scribendum *percucurrissem* est itemque in hoc corrigendum.

Ep. 17 § 1. Or. ex Md. scripsit: „Quod utinam † *aut* Appius *Claudius*, in *ista* parte C. *Curio* — ". In quam sententiam Caelius scripserit, ex uu. „cuius — ablatam" quum facile intelligitur, tum Uict., L., Gron. intellexerunt. Ego sic scribo: Q. u. * aut A. C. in i. p., * C. C. —", atque suspicor post *utinam* excidisse *ne*, post *parte* autem *fuisset*, *aut in hac*. Paulo post ego scribo: „Tu [*tu*] porro". Dicendum certe fuit *Tu*, *p.*, *tu*. De prauis Md. geminationibus supra dictum est. Infra quod Md. mendose *me* pro *mi* habet (sicut X, 1, 1 pro uoc. *mi* et

Q. F. III, 8, 4, Att. IV, 5, 2 Md. m. 1. *me* p. *mi*) et XIII, 15, 2 contra *mi* pro *me* (sicut Att. XI, 24, 2 Md.), miror Or. non modo non uidisse Att. XV, 23 in Md. *tue* latere *mi*, sed et Att. IX, 10, 3 Lni coni., „spes *se* quaedam *mi* ostentabat" (cf. XI, 25, 1) improbasse, neque IX, 13, 2, ubi ex Md. (de yxz siletur) uulgo legitur „hae *mihi* literae — iubent — reuerti", ex Corr. coni. scripsisse *me* (cf. IV, 11, 2, ubi Md. *tibi* p. *te*).



Index

Locorum emendatorum.



Corrigenda et *Addenda*.

Pag. 6, u. 19 lege: *magis * illa.*
— — — 26 — *2, 2* pro *12, 2.*
— 12 — paenult. — *fuit:* † *significationeque.*
— 16 — 23 adde: „*Ibid.* (Fam. I, 2, 2) Pro *cupierunt* legendum est *cupierant;* Bibuli enim sententia de III legatis fracta iam erat".
— 17 — 25 lege *prou. relatio.*
— — — 26 — *introibit*
— 20 — 11 — *dare.*
— 26 — 12 — *notum est.*
— — — 32 — *da — loquere,*
— 27 — 5 — *εὐαγώγως.*
— 61 — 7 adde „Si *ipsi* uerum est, sic distingui oportet, ut Lamb. et Grut. fecerunt: „ — asciuerunt, (sunt) amp. sexaginta".



1-2 Y,50.



